

quid loquitur. Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare: & dixit eis. De hoc queritis inter vos, quia dixit: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia proorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos vero contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Credo. Offertorium. Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo, quamdiu ero, alleluia.

Secreta.

His nobis Domine mysterijs conferatur, quo terrena desideria mitigantes, discamus amare caelestia Per Dominum.

Tua Domine. Protege. vel, Oblatis.

Communio.

Modicum, & non videbitis me, alleluia: iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrem, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Sacramenta quae sumpsimus quae sumus Domine, & spiritualibus nos instaurent alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per Dominum.

Sumptis Domine. Quaesumus: vel, Haec nos.

DOMINICA QVARTA

post Pascha.

Introitus.



Antate Domino canticum nouum, alleluia: quia mirabilia fecit Dominus, alleluia: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam, Alleluia, alleluia, alleluia.

Psalm. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. **V.** Gloria patri & filio & spiritui.

Oratio.

Deus, qui fidelium mentes vnus efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod praecipis, id desiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates sibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per Dominum.

Aliae Orationes: Concède. Quaesumus, vel, Deus omnium, vt supra post Dominicam in octaua Paschae.

Lectio epistolae beati Iacobi apostoli.

Charissimi: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit vos verbo veritatis vt simus initium aliquod creaturae eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur Propter quod abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiae, in mansuetudine

sulci

Ps. 97.

Ibid.

I. Ca. 1.

suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.

Pf. 117.

Alleluia, alleluia. **R.** Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem, Alleluia. **R.** Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur, alleluia.

Ro. 6.

Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

Ca. 16.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis Vado ad eum, qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis? Sed hæc quia locutus sum vobis, tristitia, impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadã. Si enim non abiero, Paracletus nõ veniet ad vos: si autẽ abiero, mittã eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iustitia verò: quia ad patrem vado: & iam non videbitis me. De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc habeo multa vobis dicere: sed non potestis portare modò. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem. Non enim loquetur à semetipso: sed quæcunque audiet, loquetur: & quæ ventura sunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Pf. 65.

Credo. Offertorium. Iubilate Deo omnis terra: iubilate Deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite, & audite, & narrabo vo-

bis omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dñs animæ meæ, alleluia.

Secreta.

Deus, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia, vnius, summæque diuinitatis participes esse fecisti: præsta quæsumus: vt sicut tuã cognouimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dñm.

Tua Dñe. p. rotege, vel, Oblatis.

Communio. Cum venerit paracletus spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Ad esto nobis Dñe Deus noster: vt aper hæc, quæ fideliter sumpsimus & purgemur à vitijs, & à periculis omnibus eruamur. Per Dominum.

Sumptis Dñe Quæsumus. vel, Hæc

vt in Dñica in octaua Paschæ.

DOMINICA QVINTA.

post Pascha.

Introitus.



Vocem iucunditatis annunciate, & audiatur, alleluia: annunciate vsque ad extremum terræ: liberauit Dominus populum suum, alleluia, alleluia.

Pfal. Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. **R.** Gloria patri.

Oratio.

Deus à quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis: vt cogitem te inspirate, quæ recta sunt: & te gubernate, eadem faciam. Per dñm

Aliæ orationes. Concède nos famu-

los tuos. **E**cclésiæ, vel **D**eus omniū
fidelium pastor. **vt supra post Dōmi-**
nicam in octaua Paschæ.

Lectio epistolæ beati Iacobi
apostoli.

Charissimi: Estote factores verbi
& non auditores tantum: fallē-
tes vosmetipsos. Quia si quis auditor
est verbi, & non factor: hic comparabi-
tur viro consideranti vultum natiuitā-
tis suæ in speculo. Considerauit enim
se, & abiit, & statim oblitus est qualis
fuerit. Qui autem perspexerit in lege
perfectæ libertatis, & permanserit in
ea, non auditor: obliuio sus factus, sed
factor operis: hic beatus in facto suo
erit. Siquis autem putat se religiosum
esse, non refrenans linguam suam,
sed seducens cor suum: huius vana est
religio. Religio munda & immaculā-
ta apud Deū & patrem, hæc est. Visi-
tare pupillos & viduas in tribulatiō-
ne eorum: & immaculatum se custo-
dite ab hoc sæculo.

Alleluia, alleluia. **V.** Surrexit
Christus, & illuxit nobis, quos redē-
mit sanguine suo. **Alleluia.** **V.** Exiui
à patre, & veni in mundum: iterum
relinquo mundum, & vado ad patrē.
Alleluia.

Sequentia sancti euangeliij
secundum Iohannem.

In illo tempore: Dixit Iesus discipu-
lis suis. Amen amen dico vobis: si
quid petieritis patrē in nōmine meo,
dabit vobis. Usque modò non petistis
quicquam in nōmine meo, Petite, &
accipietis: vt gaudiū vestrum sit ple-

num. Hæc in prouerbijis locutus sum
vobis. Venit hora cum iam nō in pro-
uerbijis loquar vobis, sed palam de Pa-
tre annunciabo vobis. Illo die in nō-
mine meo petētis. Et non dico vobis,
quia ego rogabo patrē de vobis. Ipse
enim pater amat vobis, quia vos me
amastis, & credistis quia à Deo exi-
ui. Exiui à patre & veni in mundum:
iterum relinquo mundum, & vado
ad patrem. Dicunt ei discipuli eius.
Ecce, nunc palam loqueris, & prouer-
bium nullum dicis. Nūc scimus quia
scis omnia, & non est opus tibi vt quis
te interroget. In hoc credimus, quia
à Deo existi.

Credo. **Offertorium.** **Benedi-** Ios 65.
cite gentes Dōminum Deum nostrū,
& obaudite vocem laudis eius: qui pō-
suit animam meam ad vitam, & non
dedit commoueri pedes meos: bene-
dictus Dōminus qui non amouit de-
precatiōnem meam, & misericordiā
suam à me, alleluia.

Secreta.

Suscipe Dñe fidelium preces cum ob-
lationibus hostiarum: vt per hæc
piæ deuotiōnis officia, ad caelestē glō-
riam transeamus. Per Dōminum.

Tua Dōmine: Prôtege: vel,
Oblatis, vt in Dōminica in octaua. Ps. 95.

Communio. Cantate Domino,
alleluia: cantate Dōmino, & benedi-
cite nōmini eius: bene nunciāte de die
in diē salutāre eius, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Tribue nobis Dōmine caelstis
mensæ virtute satiatis, & deinde

rare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dominum nostrum Iesum.

Sumptis Domine. **Q**æsumus. **vel, Hæc nos, vt in Dominica in octaua Paschæ.**

IN LITANIIS MAIORIBUS.

Statio ad Sanctum Petrum.

Et in minoribus, Feria ij. Rogationū.

Statio ad Sanctam Mariam maiorē.

Feria iij ad Sanctum Ioannem in Laterano.

Feria iiii. Ad S. Petrum.

Introitus.

Pf. 17.



Audiuit de templo factu suo vocem meam alleluia: & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius, alleluia, alleluia.

Ibidē.

Psalm. Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. **Ps.** Glòria patri.

In hac Missa non dicitur Glòria in excelsis: neque Credo. Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus: vt, qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia, tua semper protectione muniâmur. Per Dominum.

Aliæ Orationes. **C**oncède nos famulos tuos. **E**cclésiæ. **vel, D**eus omnium fidelium. **vt supra post Dominicam in octaua Paschæ.**

Lectio epistolæ beati Iacobi

apostoli.

Cap. 5.

Charissimi: **C**onfitemini alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicē vt saluemini. Multū enim valet

deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terrā, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit: & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit si quis eū: scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Alleluia. Ps. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Sequentia sancti euangeliij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illū media nocte, & dicet illi. Amice, accomoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me, & nō habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat. Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: nō possum surgere & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patre petit

panem: nunquid lapidem dabit illi?
Aut piscem: nunquid pro pisce serpē-
tem dabit illi? Aut si petierit ouum:
nunquid porriget ei scorpionem? Si
ergo vos cum sitis mali, nostis bona
data dare filiis vestris: quanto magis
pater vester de coelo dabit spiritum
os. bonum petentibus se?

Offertorium. Confitebor Dōmi-
no nimis in ore meo: & in medio mul-
tōrum laudabo eum, qui astitit à dex-
tris pauperis, vt saluam faceret à per-
sequētibz animam meam, alleluia.

Secreta.

Hæc mūnera, quæsumus Dōmi-
ne, & vincula nostræ prauitatis
absoluant, & tuæ nobis misericordiæ
dona concilient. Per Dōminum.

Tua Dōmine. **Prōtege.** vel **Oblā-**
tis. **Dominica in octaua.**

Communio.

Pēтите, & accipiētis: quærite, & inue-
niētis: pulsate, & aperiētur vobis: om-
nis enim qui petit, accipit: & qui quæ-
rit, inuenit: & pulsanti aperiētur, alle-
luia.

Postcommunio.

Vota nostra: quæsumus Dōmine
pio fauōre prosequere: vt dum
dona tua in tribulatiōne percipimus,
de consolatiōne nostra in tuo amōre
crescāmus. Per Dōminum.

Sumptis Dōmine. **Q**uæsumus.
vel, **H**æc nos. **Dominica in octaua**
IN VIGILIA ASCEN-
sionis.

Si hodie occurrat festum simplex,
fit de ipso tantum commemoratio in
Missâ. Si occurrat festum duplex, vel

semiduplex, Missâ dicitur de festo cū
commemoratione vigiliæ. Sed Ec-
clesijs collegiatis dicuntur duæ Missæ
vna de sancto, alia de Vigilia.

Introitus.

Vocē iucunditatis an-
nūciāte, & audiātur,
alleluia. annūciāte vs-
q, ad extrēmū terræ:
liberāuit Dñs pōpu-
lum suum, allel, allel. **Psal.** Iubilate **Ps 65.**
Deo omnis terra. psalmū dicite nomi-
ni eius, date gloriā laudi eius. **Gló-**
ria patri & filio & spi. **Et dicitur Gló-**
ria in excelsis. **Oratio.**

Deus, à quo bona cuncta procē-
dunt, largire supplicibus tuis: vt
cogitēmus te inspirante quæ recta sūt:
& te gubernāte eadem faciamus. Per
Dōminum nostrum.

Secunda oratio de Rogationibus,
Præsta quæsumus. **Tertia de sancta**
Maria. Concēde nos famulos tuos.

Vbi autem in Ecclesijs collegiatis
dicitur alia quoque Missâ de Rogatio-
nibus: secunda oratio erit de sancta
Maria, tertia contra persecutores ec-
clesiæ, vel pro Papa, vt suprâ post Do-
minicam in octaua Paschæ.

Lectio epistolæ beati Pauli

apostoli ad Ephesios.

Fratres: Vnicūque nostrum data **Cap. 4**
est gratia secundum mensuram
donatiōnis Christi. Propter quod di-
cit: Ascēdens in altum, captiuam du-
xit captiuitatem: dedit dona homini-
bus. Quod autem ascēdit: quid est,
nisi quia & descēdit primum in in-
fe-

feriores partes terræ? Qui descendit: ipse est & qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Alleluia, alleluia. **Ps.** Surrexit Christus, & illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Alleluia. **Ps.** Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Ioannem.**

Ca. 17. **I**n illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in caelum, dixit. Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hęc est autem vita æterna. Ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant: & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia om-

nia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt: & cognouerunt verè quia a te exiui: & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt: & ego ad te venio.

Dicitur Præfatio de Pascha.

Offertorium. **B**enedicite gentes Dominum Deum nostrum: & obaudite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit commoueri pedes meos: benedictus Dominus qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam à me, alleluia.

Secreta.

Suscipe Domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hæc piæ deuotionis officia, ad cælestem gloriam transeamus. Per Dominum.

Tua Domine. **P**rotege. **vel,** **O**blatis.
Dominica in octaua.

Communio.

Cantate Domino, alleluia: cantate Domino: & benedicite nomini eius, alleluia, alleluia. **Postcommunio.**

Tribue Domine cælestis mensuræ virtutem satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorum. Amen.

Sumptis Domine. **Qua sumus,**
vel, Hæc nos. **Dominica in octaua.**

IN DIE ASCEN- sionis.

Statio ad Sanctum Petrum Introitus.



VIRI GALILÆI
quid admirâmini aspi-
cientes in cœlum, ale-
leluia: quemadmodum
vidistis eum: ascenden-
tem in cœlum, ita veniet, alleluia, al-
leluia, alleluia.

Psalms.

Omnes gentes plaudite manibus:
iubilâte Deo in voce exultationis. **V.**
Gloria patri.

Oratio.

Concède, quæsumus, omnipotēs
Deus: vt qui hodierna die vnigē-
nitum tuum redemptōrem nostrum
ad cœlos ascendisse credimus, ipsi quo-
que mente in cœlestibus habitemus.
Per eundem Dominum.

Lectio actuum apostolorum

Primum quidē sermōnem feci de
omnibus, ô Theophile, quæ cœ-
pit Iesus facere, & docere, vsque in di-
em, qua præcipiens apóstolis per spi-
ritum sanctū, quos elegit, assumptus
est: quibus & præbuit se ipsum viuum
post passionem suam in multis argu-
mentis, per dies quadraginta apparēs
eis, & loquens de regno Dei. Et cōuē-
s, præcepit eis ab Hierōsolyms
ne discederent, sed expectarēt promif-
sionem patris, quam audistis (inquit)
per os meum: quia Ioannes quidem

baptizauit aqua, vos autem baptizabi-
mini spiritu sancto non post multos
hos dies. Igitur qui conuenerant, in-
terrogabant eum, dicentes. Domine,
si in tempore hoc restitues regnum Is-
raël? Dixit autem eis. Non est vestrū
nosse tempora vel momenta, quæ Pa-
ter posuit in sua potestate: sed accipie-
tis virtutem superuenientis Spiritus
sancti in vos, & eritis mihi testes in
Hierusalem, & in omni Iudæa, & Sa-
maria, & vsque ad vltimum terræ. Et
cū hoc dixisset, videntibus illis ele-
uatus est: & nubes suscepit eum ab ocu-
lis eorum. Cumque intuērentur in cœ-
lum euntem illum, ecce duo viri asti-
terunt iuxta illos in vestibus albis, qui
& dixerunt. Viri Galilæi, quid statis
aspicientes in cœlum? Hic Iesus, qui
assumptus est a vobis in cœlum, sic
veniet, quemadmodum vidistis eum
euntes in cœlum.

Alleluia, alleluia. **V.** Ascendit De-
us in iubilatione: & Dñs in voce tube
alleluia. **V.** Dominus in Sina, in san-
cto, ascendens in altum, captiua du-
xit captiuitatem, alleluia.

Ps. 46.

Ps. 67.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.



IN illo tempore.
Recumbentibus vn-
decim discipulis, ap-
paruit illis Iesus: & ex-
probrauit incredulitatem
eorum & durici-
am cordis, quia his qui
viderat eum resurrexisse, non credide-
runt.

Ca. 16.

runt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, predicare euangeliū omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit. Qui uerò non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderit, hæc sequentur. In nōmine meo dæmōnia eiiciēt: Linguis loquentur nouis. Serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocēbit. Super ægros manus impōnent, & bene habebunt. Et Dōminus quidem Iesus, postquā locutus est eis, assumptus est in coelū, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, predicauerunt ubique: Dōmino cooperante, & sermōnem confirmante, sequentibus signis.

Dicto euangelio extinguitur cereus paschalis, nec ulterius accenditur, nisi in Sabbato Pentec. ad benedictionem fontium.

Pf. 46.

Credo. *Offertorium.* Ascendit Deus in iubilatiōe, & Dōminus in voce tubæ: alleluia. **Secreta.**

Suscipe Dōmine mūnera, quæ pro filij tui gloriosa Ascensione deferimus: & concēde propitius: ut à præsentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternam. Per eundem Dōminum **Præfatio.**

Per Christum Dōminum nostrum. Qui post resurrectionem suam.

Et dicitur vsque ad Vigiliam Pentecostes exclusiue. Infra actionem. Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes.

Et dicitur per Octauam tantum Communio.

Psalite Domino, qui ascendit super præcelos caelorum ad Orientē, alleluia.

Postcommunio,

Presta nobis, quæsumus, omnipotēs & misericors Deus: ut quæ uisibilibus mysterijs sumēda percēpim⁹ inuisibili consequamur effectu. Per.

Infra Octauam Ascensionis quotidie dicitur Missa de Ascensione, nisi festum duplex vel semiduplex occurrat, de quo tunc fit cum commemoratione Octauæ: de simplici autē fit tantum commemoratio.

Post orationem diei dicitur secunda oratio de sancta Maria.

Concede quæsumus. tertia. Ecclesie, vel pro Papa. ut supra post Dōminicam in octaua Paschæ.

DOMINICA INFRA octauam Ascensionis, Introitus.



Audi Dōmine, uocem meam, qua clamaui ad te, alleluia: tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuū, vultum tuum Dōmine requiram: ne auertas faciem tuam à me, alleluia, alleluia. **Psalms.**

Dōminus illuminatio mea, & salus mea: quem timēbo? **V.** Glōria.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, fac nos tibi semper & deuōtam gerere voluntatē, & maiestati tuæ sincero corde seruire. Per Dōminum.

Et fit commemoratio de Ascensione tantum. Concede quæsumus. Lectio epistolæ beati Petri apostoli.

4. **C**harissimi: Estote prudentes: & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione. Unusquisque sicut accipit gratiam, in alterutrum illam ministrates: sicut boni dispensatores multi formis gratiae Dei. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Si quis ministrat: tanquam ex virtute, quam ministrat Deus. Ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum Dominum nostrum.

46. **A**lleluia, alleluia. **V.** Regnavit Dominus super omnes gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam, alleluia. **V.** Non vos relinquam orphanos: vado, & venio ad vos: & gaudebit cor vestrum, alleluia.

*Sequentia sancti evangelij
secundum Joannem.*



25 **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Haec locutus sum vobis, ut non scandalizemini, Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se praestare Deo. Et haec facient vobis: quia non noverunt patrem, neque me. Sed haec locutus sum

vobis: ut cum ven erit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Credo. **Offertorium.** Ascendit Ps. 46: Deus in iubilatione: & Dominus in voce tubae, alleluia. **Secreta.**

Sacrificia nos Domine immaculata purificent, & mentibus nostris supernae gratiae dent vigorem. Per Dominum.

Pro Ascensione. Suscipe Domine munera. **Communio.** Ioá. 17.

Pater cum essem cum eis, ego servabam eos, quos dedisti mihi, alleluia: nunc autem ad te venio: non rogo ut tollas eos de mundo: sed ut serves eos a malo, alleluia, alleluia. **Postcommunio.**

Repleti Domine munerebus sacris, da quaesumus, ut in gratiarum semper actione maneamus. Per Dominum.

Pro Ascensione. Praesta nobis: Feria sexta post octavam Ascensionis si festum duplex, vel semiduplex non fuerit, Missa dicitur de Dominica praeterita, de simplici fit tantum commemoratio, & non dicitur Credo.

**IN VIGILIA
Pentecostes.**

Statio ad S. Joannem in Laterano.



Hora competenti dicitur Nona. Qua finita sacerdos & ministri induti vestimentis violaceis, facta reverentia ante altare, in locis suis sedent: Postea leguntur prophetiae sine

Ex. 15. sine titulo. In fine prophetiarum dicuntur Orationes sine **Flectamus genua.** **Prophetia prima.** In diebus illis: Tentauit Deus Abraham. **vt in Sabbatho sancto. fol. 193. quia fuit sacerdos dicit.** **Oremus.**

Deus, qui in Abraham famuli tui opere, humano generi obidientiae exempla praeuisti: concede nobis & nostrae voluntatis prauitatem frangere, & tuorum praeceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per dominum.

Prophetia secunda. In diebus illis, Factum est in vigilia matutina, **vt in Sabbatho sancto. fol. 194.**

Tractus. Cantemus Domino: gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare: ad uitor & protector factus est mihi in salutem. **Ps.** Hic Deus meus, & honorificabo eum, Deus patris mei, & exaltabo eum. **Ps.** Dominus conterens bella: Dominus nomen est illi.

Oremus.

Deus, qui in primis temporibus implere miracula noui testamenti luce reuerasti, ut mare rubrum forma facti fontis existeret, & liberata plebs ab Aegyptiaca seruitute, Christiani populi sacramenta proferret: da, ut omnes gentes, Israelis privilegium merito fidei consecuta, spiritus tui participatione regenerentur. Per Dominum.

Prophetia tertia. In diebus illis. Scripsit Moyses canticum, & docuit filios Israel. **vt in Sabbatho sancto. fol.**

Dent. 32.

198. **Tractus.** Attende caelum, & loquar: & audiat terra verba

ex ore meo. **Ps.** Expectetur sicut pluuia eloquium meum: & descendant sicut ros verba mea. **Ps.** Sicut imber super gramen, & sicut nix super foenum: quia nomen Domini inuocabo. **Ps.** Date magnitudinem Deo nostro: Deus verax: opera eius, & omnes viae eius iudicia. **Ps.** Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus & sanctus Dominus. **Oremus.**

Deus glorificatio fidelium, & uita iustorum, qui per Moysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri carminis erudisti: uniuersis gentibus misericordiae tuae munus operare tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem: ut quod pronunciatum est ad supplicium, in remedium transferatur aeternum. Per Dominum.

Prophetia quarta. Apprehendent septem mulieres virum unum in die illa, dicentes. **vt in Sabbatho sancto. fol. 197.**

Tractus. Vineam factam est dilecto meo in cornu in loco uberi. **Ps.** Et maceriam circundedit, & circumfodit, & plantauit vineam Sorec, & aedificauit turrin in medio eius. **Ps.** Et torcular fodit in ea: vinea enim Domini sabbaoth, domus Israel est.

Oremus.

Omnipotens sempiternus Deus, qui per unicum filium tuum ecclesiae tuae demonstrasti te esse cultorem: ut omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui uera uitis est, afferentem, clementer excolens, fructus afferat ampliores fidelibus tuis, quos uelut vineam ex Aegypto per fon-

tem baptisimi transtulisti, nullæ peccatorum spinæ præualeant: ut spiritus tui sanctificatione muniti, perpetua frugeditentur. Per Dominum nostrum. in unitate eiusdem spiritus sancti.

Prophetia quinta. Audi Israël mada data vite: auribus percipe, ut scias prudentiam. *ut in Sabbatho sancto. fol. 196.*

Orémus.

Deus, qui nobis prophetarum ora præcepisti temporalia relinquere, atque ad æterna festinare: da famulis tuis, ut quæ à te iussa cognouimus, implere cælesti inspiratione valeamus. Per Dominum.

Prophetia sexta In diebus illis. Facta est super me manus Dni, *ut in Sabbatho sancto. fol. 197.* **Orémus.**

Domine Deus virtutum, qui lapsa reparas, & reparata conseruas, auge populos in tui nominis sanctificatione renouandos: ut oes, qui sacro baptisimate diluuntur tua semper inspiratione dirigantur. Per Dominum nostrum,

His finitis descendendo ad fontes cantatur. Tractus Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. *Ps.* Situit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparabo ante faciem Dei mei? *Ps.* Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus?

Deinde ad fontes, antequam sacerdos intret ad benedictionem fontium dicit Dominus vobiscum.

Orémus.

Concède, quæsumus, omnipotens Deus, ut, qui solemnitatem domini sancti spiritus colimus, cælestibus desiderijs accensi, fontem vitæ sitiāmus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate eiusdem spiritus.

Deinde proceditur: ad benedictionem fontium, ut in Sabbatho sancto.

Vbi verò non fuerint fontes, Tractus. Sicut ceruus, & oratio sequens tractuum, & fontium benedictio præmittuntur: sed finita oratione, Domine Deus virtutum, sacerdos casula deposita, cum ministris ante altare procumbit; & alijs omnibus genuflexis in locis suis: & cantantur litanie à duobus cantoribus in medio chori, utroque choro idem simul respondente. Circa finem litaniarum sacerdos & ministri, solemniter induuntur vestimentibus rubris, & accenduntur luminaria circa altare. Perueniente autem ad Kyrie eleison Litaniarum, Kyrie eleison pro missa à cantoribus solemniter incipitur. Quo incepto, sacerdos cum ministris facit confessionem: & ascendens ad altare, finito Kyrie eleison incipit solemniter Gloria in excelsis Deo. Et campanæ pulsantur.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut claritatis tuæ super nos splendor effulgeat: & lux tuæ lucis, corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus illustratione confirmet. Per Dñm. in unitate eiusdem.

Lectio actuum apostolorum.

Ca. 19. **I**N diēbus illis. Factum est cum Apol-
lo esset Corinthi, vt Paulus peragra-
tis superioribus partib⁹ veniret Ephe-
sum, & inueniret quosdam de disci-
pulis: dixitque ad eos. Si spiritum san-
ctum accepistis credentes? At illi di-
xerunt ad eum. Sed neque si spiritus
sanctus est, audiimus. Ille verò ait.
In quo ergo baptizati estis? Qui dixē-
runt. In Ioanne baptizate. Dixit au-
tē Paulus. Ioannis baptizauit basptif-
mo pœnitentiæ pòpulum, dicens, in
eum qui venturus esset post ipsum, vt
crederent. hoc est, in Iesum. His au-
ditis, baptizati sunt in nōmine Dōmi-
ni Iesu. Et cū imposuisset illis ma-
nus Paulus, venit spiritus sanctus su-
per eos, & loquebantur linguis, & pro-
phetabant. Erant autem omnes viri
ferè duodecim. Introgressus autem
Paulus in synagōgam, cum fidūcia lo-
quebatur per tres menses, disputans
& suadens de regno Dei.

Pf. 117. **A**lleluia. **Ps.** Confitemini Dōmi-
no quoniam bonus, quoniam in sæcu-
lum misericordia eius. **non repetitur.**
alleluia: **sed immediatè sequitur.**

Pf. 116. **T**raetus. Laudate Dñm omnes gē-
tes: & collaudate eum omnes pòpuli
Ps. Quoniam cōfirmata est super nos
misericordia eius: & veritas Dōmini
manet in æternum.

**Ad Euangelium non portantur lu-
minaria, sed in censum tantum.**

**Sequētia sancti euangēlij
secūndum Ioannem.**

Ca. 14. **I**N illo tempore. Dixit Iesus discipu-
lis suis. Si diligitis me: mādata mea

seruāte. Et ego rogābo Patrem, & aliū
Paracletum dabit vobis, vt maneat
vobiscum in æternum. Spiritum ve-
ritatis, quem mundus non potest ac-
cipere, quia non vidit eum, nec scit
eum. Vos autem cognoscētis eum:
quia apud vos manebit, & in vobis e-
rit. Non relinquam vos orphanos: ve-
niam ad vos. Adhuc modicum: & mū-
dus me iam non videt. Vos autem vi-
detis me: quia ego viuo, & vos viuē-
tis. In illo die vos cognoscētis, quia
ego sum in patre meo, & vos in me,
& ego in vobis. Qui habet mandata
mea, & seruat ea: ille est qui diligit
me. Qui autem diligit me, diligetur
à patre meo: & ego diligam eum, &
manifestabo ei me ipsum.

Non dicitur Credo. Offertoriū.

Emitte spiritū tuum & creabuntur, &
renouabis faciem terre: sit gloria Dñi
in sæcula, alleluia. **Secreta.**

MVnera, quæ sumus Dñe, oblata
sanctifica: & corda nostra sancti
spiritus illustratiōe emūda. Per Dō-
minum, in vnitāte eiusdem spiritus.

Præfatio. Per Christum Dōmi-
num nostrum. Qui ascendens super
omnes coelos. **Infra actionem.**

Communicantes, & diem sacratissi-
mum celebrantes. **Alia infra actionē.**

Hanc igitur oblationem seruitutis
nostræ. **Et dicuntur vsque ad se-**

quens sabbatum inclusiue. Cōmun.

Vltimo festiuitatis die dicēbat Iesus:
qui in me credit, flumina de ventre
eius fluent aquæ viuæ: hoc autem di-
xi: de spiritu, quem accēpturi erant

credentes in eum, alleluia, alleluia, alleluia. **Postcommunio.**

Sancti spiritus, Dñe corda nostra mūdet infusio, & sui roris intima aspersiōne foecūdet. Per Dōminum. in vnitāte eiusdem spiritus.

IN MISSIS PRIVATIS
huius Vigiliæ omisis prophetijs, orationibus, & litanijs vt supra: Missa absolute incipitur ab Introitu, vt infra Introitus.



Um sanctificātus fuerō in vobis: congregābo vos de vniuersis terris: & effūdā super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitamentis vestris: & dabo vobis spiritum nouum. **Psalmus.** Benedicam Dōminum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. **V.** Glōria patri.

deinde dicitur Kyrie eleison, Glōria in excelsis. & alia vt supra.

DOMINICA PENTECOSTES, Statio ad S. Petrum.

Introitus.



SPIRITVS Dñi replēuit orbē terrarū, aīa: & hoc quod cōtinet omnia sciētiā habet vocis alleluia, alleluia, alleluia.

Psal. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eū à facie eius. **V.** Glā. **Oro.**

Deus, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratiōne docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere, & de eius semper consolatiōne gaudere. Per Dñm in vnitāte.

Lectio actuum apostolorum.

IN diēbus illis. Dum complerentur **Cap. 2.** dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodē loco. Et factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & replēuit totam domum vbi erāt sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis, sedit que supra singulos eorum. Et replēti sunt omnes spiritu sancto: & cœperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natiōne quæ sub cælo est. Facta autem hac voce cōuenit multitudo: & mente confūsa est, quoniam audiēbat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupēbant autem oēs, & mirabantur, dicentes. Nonne, ecce, omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisq; linguā nostrā, in qua nati sumus? Parthi, & Medi & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiā, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Paphliam, Ægyptum, & partes Libiæ quæ est circa Cyrēne, & aduenæ Romani: Iudæi quoq;, & Profelyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.

Alleluia, alleluia. **V.** Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis

uabis faciem terræ. Alleluia. *Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.*

Sequentia.

Veni sancte spiritus, & emitte celitus lucis tuæ radium.

Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.

Consolator optime, dulcis hospes animæ, dulcis refrigerium. **I**n labore requies, in æstu temperies. in fletu solatium. **O** lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium. **S**ine tuo numine, nihil est in homine, nihil est innocuum. **L**auda quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est faucium. **F**lecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est devium. **D**a tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum septenarium. **D**a virtutis meritum, da salutis exitum da perenne gaudium. Amen. Alleluia.

Et dicitur quotidie per totam octavam usque ad Sabbathum inclusivè.

Sequentia sancti euangelij secundum Ioannem.

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Si quis diligit me sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansio nem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia, & suggeret

vobis omnia quaecumque; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis. Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Credo. *Offertorium.* **C**onfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis à templo tuo, quod est in Hierusalem: tibi offerent reges munera, alleluia.

Secreta.

Mvnera, quæsumus Dñe, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per Dñm. in vnitæte eiusdem.

Communio.

Factus est repente de caelo sonus, tanquam aduentis spiritus vehementis, ubi erant sedentes, alleluia, & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia Dei, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Sancti spiritus Dñm. corda nostra mundet infusio: & in intima aspersione fecundet. Per Dñm. in vnitæte eiusdem.

Infra Octavam Pentec. non fit de aliquo festo dupl. vel semidupl. sed

post Octavam celebrantur: simplici
fit commemoratio post triduum.

FERIA SECUNDA.

Statio ad sanctum Petrum ad vincula.

Introitus.



Ibavit eos ex adipi
frumenti, alleluia: &
de petra melle saturavit
eos, alleluia, alleluia,
alleluia.

Exultate Deo adiutori nostro: iubilante
Deo Iacob. **Ps.** Gloria patri & filio.

Oratio.

Deus, qui apostolis tuis sanctum de
disti spiritum: concede plebi tue
per petitionis effectum: ut quibus de
disti fidem, largiaris & pacem. Per Do
minum nostrum. in unitate eiusdem.

Lectio actuum Apostolorum.

In diebus illis: Aperiens Petrus os
suum, dixit. Viri fratres, & patres:
nobis precepit Dominus predicare
populo, & testificari, quia ipse est, qui
constitutus est a Deo iudex vivorum
& mortuorum. Huic omnes prophetae
testimonium perhibent: remissionem
peccatorum accipere per nomen
Iesu omnes qui credunt in eum. Ad
huc loquente Petro verba haec, cecidit
spiritus sanctus super omnes qui
audiebant verbum. Et obstupuerunt
ex circumcisione fideles qui venerant cum
Petro: quia & in nationes gratia spiritus
sancti effusa est. Audiebant enim
illos loquentes linguis, & magnificantes
Deum. Tunc respondit Petrus.
Quid aquam quis prohibere poterit
non baptizentur hi, qui spiri-

tum sanctum acceperunt, sicut & nos?
Et iussit eos baptizari in nomine Do
mini Iesu Christi.

Alleluia, alleluia. **Ps.** Loqueban
tur varijs linguis apostoli magna
Dei. Alleluia. **Ps.** Veni sancte spiri
tus: reple tuorum corda fidelium: &
tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia, Veni sancte Spiritus.
**& in fine, Alleluia. ut supra in Domini
nica pentecost.**

**Sequentia sancti evangelij
secundum Iohannem.**

In illo tempore. Dixit Iesus Nico
demo. Sic Deus dilexit mundum,
ut filium suum unigenitum daret: ut
omnis qui credit in ipsum, non pereat:
sed habeat vitam aeternam. Non enim
misit Deus filium suum in mundum
ut iudicet mundum: sed ut salvetur
mundus per ipsum. Qui credit in eum,
non iudicatur. Qui autem non cre
dit, iam iudicatus est: quia non credit
in nomine unigeniti filij Dei. Hoc est
autem iudicium: quia lux venit in mun
dum: & dilexerunt homines magis te
nebras, quam lucem. Erant enim con
tra mala opera. Omnis enim qui ma
le agit, odit lucem: & non venit ad lu
cem, ut non arguantur opera eius. Qui
autem facit veritatem, venit ad lucem,
ut manifestentur opera eius: quia in
Deo sunt facta.

Credo. Offertorium. Intonuit Ps. 17.
de caelo Dominus: & altissimus dedit
vocem suam: & apparuerunt fontes
aquarum, Alleluia.

Secreta.

Propitius, Dñe, quæsumus, hæc
 dona sanctifica: & hostiæ spiritâ-
 lis oblatiōne suscepta, nosmetipsos ti-
 bi p̄fice munus æternū. Per Dñm.

I oâ. 14

Communio. Spiritus sanctus do-
 cēbit vos, alleluia: quæcūque dixerō
 vobis, alleluia, alleluia. **Postcōmu.**

Adesto, quæsumus Dōmine, pō-
 pulo tuo, & quem mysterijs cæ-
 lēstibus imbuisi, ab hostium furōre de-
 fende. Per Dōminum nostrum.

FERIA TERTIA.**Statio ad sanctam Anastasiam.****Introitus.**

4 Ffd. 2



Ccepit iucunditatem
 glōriæ vestræ, alleluia:
 gr̄tias agentes Deo,
 alleluia: qui vos ad cæ-
 lēstia regna vocauit,
 alleluia, alleluia, alleluia.

Pf. 77,

Psalm. Attendite pōpule meus le-
 gem meam: inclināte aurem vestram
 in verba oris mei, & Glōria patri.

Oratio.

Adsit nobis, quæsumus Dōmine,
 virtus spiritus sancti: quæ & cor-
 da nostra clemēter expūrget, & ab
 omnibus tueatur aduersis. Per Dō-
 minum. in vnitāte eiusdem.

Lectio actuum apostolorum.

Cap. 8.

In diēbus illis. Cū audissent apō-
 stoli qui erant Hierosolimis, quia
 recepisset Samariā verbum Dei: mise-
 runt ad eos Petrū & Ioannē. Qui cū
 venissent, orauerunt pro ipsis, vt acci-
 perent spiritū sanctum. Nondū enim
 in quenquam illorū venerat, sed bap-
 tismus tantum erat in nōmine Dōmini

Iesu. Tūc imponēbāt manus super il-
 los, & accipiēbant spiritum sanctum.

Alleluia, alleluia. **V.** Spiritus san-
 ctus docēbit vos, quæcūque dixerō
 vobis, Alleluia. **V.** Veni sancte Spi-
 ritus, reple tuōrum corda fidelium: &
 tui amoris in eis ignem accēde.

Sequētia, Veni sancte Spiritus,
 vt supra in Dōminica.

**Sequētia sancti euangēlij
 secundum Ioannem.**

In illo tēpore. Dixit Iesus Phari-
 sæis. Amē amen dico vobis: qui nō
 intrat per ostium in ouile ouium, sed
 ascendit aliunde: ille fur est & latro.
 Qui autem intrat per ostiū: pastor est
 ouium. Huic ostiarius aperit: & oues
 vocem eius audiunt: & proprias oues
 vocat nominatim, & edūcit eas. Et cū
 proprias oues emiserit, ante eas va-
 dit: & oues illū sequuntur, quia sciunt
 vocem eius. Aliēnum autem non se-
 quuntur, sed fugiunt ab eo: quia non
 nouerunt vocem alienōrum. Hoc pro-
 uērbium dixit eis Iesus. Illi autem nō
 cognouerunt quid loqueretur eis. Di-
 xit ergo eis iterū Iesus. Amen amen
 dico vobis, quia ego sum ostiū ouium.
 Omnes quotquot venerūt, fures sunt
 & latrones: sed non audierunt eos
 oues. Ego sum ostium. Per me si quis
 introierit, saluabitur: & ingrediētur
 & egrediētur, & pascua inueniet. Fur
 non venit nisi vt furētur, & mactet,
 & perdat. Ego veni, vt vitam habeat
 & abundantius habeant.

Credo. **Offertorium.** Fortas
 cœli aperuit Dñs: & pluit illis man-

na, vt ederent: panem cœli dedit eis: panem angelorum manducâuit homo, alleluia.

Secreta.

Purificet nos, quæsumus Dòmine muneris præsentis oblatio: & dignos sacra participatiõe efficiat. Per Dòminum.

Communio.

Spiritus qui à patre procedit, alleluia: ille me clarificabit, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Mentes nostras, quæsumus Dòmine, spiritus sanctus diuinis replet sacramentis: quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per Dòminum. in vnitãte eiusdem.

FERIA QVARTA.

Quatuor temporum Pentecost.

Statio ad sanctam Mariam maiorem.

Introitus.



Eus dũ egredere-
reris coram po-
pulo tuo, iter
facies eis, habi-
tans in illis, alle-
luia: terra mo-
ta est, cœli dis-

tillauerunt, alleluia, alleluia. **Psal.** Exurgat Deus & dissipentur inimici eius: & fugiant qui cederunt eum a facie eius.

✠. Glòria patri. **dicto** Kyrie eleison. **dicitur** Oremus. **Et non dicitur** Fleuimus genua.

Mentes nostras, quæsumus Dòmine, paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem. Qui tecum viuit & regnat in vnitãte.

Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis: Stans Petrus cũ vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis. Viri Iudæi, & qui habitatis Hierusalẽ vniuersi: hoc vobis notum sit, auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos existimatis, hi ebrij sunt, cũ sit hora diẽi tertia: sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioel. Et erit, in nouissimis diebus dicit Dòminus, effundam de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri & filia vestra: iuvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniant. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt. Et dabo prodigia in cœlo sursum: & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem & vaporem sumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Dòmini magnus & manifestus. Et erit: Omnis quicũq; inuocauerit nomen Dñi, saluus erit.

Alleluia. **✠.** Verbo Dòmini cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. **Hic dicitur** Glòria in excelsis. **Postea dicitur**, Dòminus vobiscum. **Oratio.**

Præsta, quæsumus, omnipotens & misericors Deus: vt spiritus sanctus adueniens, templum nos gloriæ tuæ dignanter, in habitando perficiat. Per Dñm. in vnitãte eiusdem spiritus.

Ab hac die vsque ad Dòminicam sequentem, post Orationem diẽi dicitur Contra persecutores Ecclesie.

Oratio.

Eclẽ

Ecclēsiæ tuæ, quæsumus Dñe, preces placatus admittite: vt destruat̄is aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secūra tibi seruiat libertate. Per.

Vel pro Papa Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulū tuum **N.** quē pastore ecclēsiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo & exemplo quibus præest, proficere: vt ad vitam, vnā cum grege sibi credito, peruēniat sempiternam. Per dñm.

Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Per manus autem apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomōnis. Cæterorum autem nemo audēbat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur creditum in Dōmino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eicerēt infirmos: & pōnerēt in lectulis & grabatis: vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbrāret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrēbat autē & multitudo vicinārū ciuitatum, Hierusalē, afferentes ægros & vexatos à spiritibus immūdis: qui curabātur oēs.

Alleluia, alleluia. *✠* Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia Veni sancte Spiritus. vt supra in Dominica.

Sequentia sancti euangēlij secundum Ioannem.

In illo tempore. Dixit Iesus turbis cælidæorum. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptū in prophetis. Et erūt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre, & didicit: venit ad me. Non quia patre vidit quisquā, nisi is qui est à Deo: hic vidit patrem. Amen amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam eternam. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt māna in deserto: & mortui sunt: Hic est panis de cælo descendēs: vt si quis ex ipso māducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

Credo. Offertorium. Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua quæ dilexi, alleluia. Secreta.

Accipe, quæsumus, Dōmine, munus oblatum: & dignanter operare: vt quod mysterijs agimus, pijs effectibus celebrēmus. Per Dñm.

Alia Secreta.

Protege nos Dñe tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inharētes, & corpore tibi famulēmur, & mente. Per Dōminum nostrum.

Vel pro Papa.

Oblatis, quæsumus Dōmine, placate munētib: & famulū tuū **N.** quem pastorem ecclēsiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectiōne gubernā. Per Dōminum.

Communio. Pacem relinquo vobis, alleluia: pacem meam do vobis, alleluia alleluia. **Postcommunio.**

Svmētes Dñe, cælestia sacramēta, quæsumus clemētiā tuā, vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudijs consequāmur. Per Dñm.

Alia Postcommunio.

Qvæsumus Dōmine Deus noster: vt quos diuina tribuis participatiōe gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per Dñm.

Vel pro Papa.

Hæc nos, quæsumus Dōmine, diuini sacramenti percēptio protegat: & famulum tuum **N.** quem pastōrem ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnā cum commisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per Dōminum.

FERIA QUINTA.

Statio ad sanctum Laurentium foris murum.

Introitus.



Spiritus Dōmini repleuit orbē terrarū alleluia: & hoc quod cōtinet omnia, sciētiam habet vocis alleluia, alleluia, alleluia.

Psalms. Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. **Gloria patri.** **Oratio.**

Deus, qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratiōe docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatiōe gaudere. Per Dōminum nostrum. in vnitāte eiusdem. **vel** Ecclesiæ tuæ. **vel** Deus omnium: **vt supra**

in Feria quarta.

Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Philippus descendēs in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendēbant autem turbæ his quæ dicebantur à Philippo, vnanimiter audientes & videntes signa quæ faciēbat. Multi enim eorum qui habēbant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. **Cap. 8**

Alleluia, alleluia. **Ps. 103.** Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Alleluia. **Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.** **Sequentia Veni sancte Spiritus. vt supra Dominica.**

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Conuocatis Iesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia demonia: & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnū Dei: & sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunq; domum intraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egredi autem circuibat per castella euangelizantes & curantes vbique. **Cap. 9.**

Ps. 67.

Credo in vnū Deum. **Offertoriū.**
Confirma hoc Deus, quod operatus
 es in nobis, à templo tuo, quod est in
 Hierusalē, tibi offerent reges mune
 ra, alleluia. **Secreta.**

Mvnera, quæsumus Dōmine,
 oblata sanctifica: & corda no
 stra sancti spiritus illustratiōe emū
 da. Per Dōminum nostrum Iesum
 Christum filiū tuum, qui tecū viuit &
 regnat in vnitāte eiusdem spiritus.

Vel, Protege. **vel O**blatis. **vt supra.**

Act. 2.

Communio. Factus est repente de
 celo sonus tanquam aduenientis spi
 ritus vehementis, vbi erant sedentes,
 alleluia: & replēti sunt omnes spiritu
 sancto, loquētes magnalia Dei, al
 leluia, alleluia. **Postcommunio.**

Sancti Spiritus Dñe corda nostra
 smūdet infusio: & sui roris intima
 aspersiōne fœcūdet. Per Dōminum
 nostrum. in vnitāte eiusdem spiritus.

Vel, Quæsumus. **vel H**æc nos.
vt supra FERIA IIIJ.

FERIA SEXTA.

Statio ad sanctos duodecim apostolos.

Introitus.

Ps. 70.



Repleātur os meū lau
 de tua alleluia: vt pos
 sim cantāre, alleluia:
 gaudēbūt labia mea,
 dum cantāuero tibi,

Alleluia, alleluia.

Ibidē.

Psalm. In te Dōmine sperāui, non
 confundar in ætēnum: in iustitia tua
 libera me, & eripe me. **G**loria pa
 tri & filiō & spiritui.

Oratio.

DA, quæsumus, ecclesiæ tuæ mite
 ricors Deus: vt spiritui sacto cō
 gregāta, hostilia nullaten⁹ incursiōne
 turbētur. Per Dñm. in vnitāte eiuscē.

Vel, Ecclēsiæ tuæ, **vel Deus** omniū.
vt in FERIA IIIJ. Dominicæ Resurrect.

Lectio Ioēlis prophētæ.

Hæc dicit Dōminus Deus: Exul
 tate filiæ Siō, & lætāmini in Dō
 mino Deo vestro: quia dedit vobis do
 ctōrē iustitiæ: & descendere faciet ad
 vos imbrem matutinum & serotinū
 sicut in principio. Et implebuntur
 aræ frumento, & redundābunt tor
 cularia vino & oleo. Et comedētis ves
 cētes, & saturābimini: laudabitis no
 men Dōmini Dei vestri qui fecit vo
 bīscum mirabilia: & non confundē
 tur pōpulus meus in sempitēnum.
 Et sciētis, quia in medio Israēl ego sū:
 & ego Dñs Deus vester, & non est am
 plius: & non cōfundetur pōpulus me⁹
 in ætēnum. Ait Dñs omnipotens.

Alleluia, alleluia. **O** quāambo Sa
 nus & suāuis est, Dōmine, spiritus tu⁹
 in nobis. Alleluia. **V**eni sancte spi
 ritus, reple tuōrum corda fideliū, &
 tui amōris in eis ignem accēde.

Sequentia Veni sancte Spiritus.
vt supra in Dōminica

Sequentia sancti euangelij
secūndum Lucam.

In illo tempore. Factum est in vna
 diērum, & Iesus sedebat docens. Et
 erant Pharisei sedentes, & legis docto
 res qui venerāt ex omni castello Gali
 lææ & Iudææ & Hierusalē: & vitt⁹
 Dōmini erat ad sanandū eos. Et ecce

vir portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante illum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas submiserunt illum cum lecto in medium, ante Iesum. Quorum fidem ut vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisei, dicentes Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Ut cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere. Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat: & abiit in domum suam, magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie.

Credo. **Offertorium.** Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quando ero, alleluia. **Secreta.**

Sacrificia, Dñe, tuis oblata conspexit tuis, ignis ille diuinus assumat, qui discipulorum Christi filij tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eundem Dominum. in unitate eiusdem.

Vel rotege nos Domine: **vel**

Oblatis quæsumus. **Communio.** **Ioel. 14**

Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, alleluia. & gaudebit cor vestrum, alleluia.

Postcommunio.

Sumpsimus, Domine facti dona mysterij, humiliter deprecantes, ut quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti, in nostræ proficiat infirmitatis auxilium. Qui vivis & regnas: in unitate spiritus sancti.

Vel, Quæsumus Domine: vel, Hæc
iiij. Dominicæ Resurrect.

S A B B A T O .

Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.



Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, alleluia, per inhabitantem spiritum eius in nobis, alleluia, alleluia. **Ro. 5.**

Psalmus.

Benedic anima mea Domino, omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. **Ps. 103.** Gloria patri & filio.

Orationes sequentes dicuntur sine
Flectamus genua. Oremus.

Mentibus nostris, quæsumus Domine, spiritum sanctum benignus infunde: cuius & sapientia conditi sumus, & prouidentia gubernamur. Per Dñm. in unitate eiusdem.

Lectio Ioëlis prophætæ.

Hæc dicit Dominus Deus: Effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filia vestra. Senes vestri somnia somniabunt: & iuuenes vestri visiones **Ca. 2.**

fiões vidēbunt. Sed & super seruis
meos & ancillas meas, in diēbus illis
effundam spiritum meum. Et dabo
pro digia in cœlo sursum, & signa in
terra deorsum: sanguinē, & ignem, &
vapōrem fumi. Sol conuertetur in tē-
nebras, & Luna in sanguinem: ante-
quam veniat dies Dōmini magnus,
& horribilis. Et erit. Omnis, quicūq;
inuocauerit nomen Dñi, saluus erit.

Ioā. 6.

Alleluia. *Ps.* Spiritus est, qui viuificat: caro autem nō prodest quicquā.

Oratio.

Illo nos igne, quæsumus Dōmine,
spiritus tactus inflammet, quē Dñs
notter Iesus Christus misit in terram:
& voluit vehementer accendi. Qui
tecum viuit & regnat, in vnitāte eius-
dem spiritus sancti.

Lectio libri Leuitici.

Ca. 3.

In diebus illis. Locūtus est dōminus
ad Mōysen, dicens. Loquere filiis
Israēl, & dices ad eos. Cū ingressi
fueritis terram quā ego dabo vobis, &
messueritis segetē: teretis manipulos
spicarum primitias messis vestræ ad
sacerdotem. Qui eleuabit fasciculum
coram Dōmino, vt acceptibile sit pro
vobis altero die sabbathi & sanctificā-
bit illum. Numerabis ergo ab ipso
die sabbathi, in quo obtulistis mani-
pulos primitiarum, septem hebdom-
adas plenas, vique ad alteram diem
expletionis hebdomadæ septimæ. Et
sic offeretis sacrificium nouum Dō-
mino ex omnibus habitaculis vestris:
panes primitiarum duos de duabus
decimis similæ fermentatæ, quos ele-

uabit sacerdos coram Dōmino. Cum
que eleuauerit eos sacerdos cum pani-
bus primitiarum coram Dōmino ce-
dent in vsum eius. Et vocabis hunc
diem celeberrimum, atque sanctissi-
mum. Omne opus seruile non faciē-
tis in eo. Legitimum sempiternum
erit in cunctis habitaculis: & genera-
tionibus vestris: dicit Dōminus om-
nipotens.

Alleluia. *Ps.* Spiritus eius ornauit
caelos.

Oratio.

Deus, qui ad animarum medellā
ieiunij deuotione castigari cor-
pora precepisti: concēde nobis propi-
tius: & mente & corpore tibi semper
esse deuotos. Per Dōminum.

Lectio libri Deuteronomij.

In diebus illis. Dixit Mōyses filiis Ca. 2
Israēl. Audi Israēl quæ ego præci-
pio tibi hodie. Cū intraueris terrā,
quā Dōminus Deus tuus daturus est
tibi possidendam, & obtinueris eam,
atque habitaueris in ea: tolles decun-
tis frugibus tuis primitias, & pones
in cartallo: pergesque ad locum, quē
Dōminus Deus tuus elegerit, vt ibi
inuocetur nomen eius. Accedesque
ad sacerdotem, qui fuerit in diebus il-
lis, & dices ad eum. Profiteor hodie
coram Dño Deo tuo. Qui exaudiuit
nos, & respexit humilitatem nostrā,
& labōrem atque angustias: & eduxit
nos de Ægypto in manu forti, & brā-
chio extēto, in ingenti pauōre, in si-
gnis atq; portētis: & introduxit ad
locū istum, & tradidit nobis terrā la-
cte, & melle manantē. Et idcirco nūc

offerō primitias frugum terræ, quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui. Et adorato Domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.

Alleluia. *✠* Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes. *Oratio.*

Presta, quæsumus, omnipotens Deus: ut salutaribus ieiunijs eruditi, ab omnibus etiam vitijs abstinentes, propitiatiōnem tuam facilius impetremus. Per Dominum.

Lectio libri Leuitici.

IN diebus illis. Dixit Dominus ad Moysen. Loquere filiis Israel, & dices ad eos. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea: dabo vobis pluiam temporibus suis, & terra gignet germen suum: & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium trituram vindemiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absq; pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros: & corruet coram vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & ceterum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pectus meum vobiscum. Comedetis verustissima ve-

terum, & vetera nouis superuenientibus proicietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiiciet vos ultra anima mea. Ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vosque eritis populus meus: dicit Dominus omnipotens.

Alleluia. *✠* Veni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis igne accende. *Oremus.*

Oratio.
Presta, quæsumus, omnipotens Deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: ut à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per Dñm nostrum.

Lectio Danielis propheta.

IN diebus illis. Angelus Domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quali ventum roris flatem. Flamma autem diffusa est super fornacem, cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neq; contristauit, nec quicquam molestia intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicabant Deum in fornace, dicentes.

Alleluia. *✠* Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis in secula. *Finis versu, dicitur.*
Gloria in excelsis Deo. *Sequitur, Dominus vobiscum.* *Et cum spiritu tuo.*

Oratio.
Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium, concede propi-

tius: vt nos famulos tuos non exurat
flamma vitiorum. Per Dóminum.

Pro Papa. Oratio.

DEus ómnium fidélium pastor &
rektor, famulum tuum **N.** quē
pastórem ecclesiæ tuæ præesse voluisti
propitijs respice: da ei, quæsumus,
verbo & exemplo quibus præest, pro
ficere: vt ad vitam vnà cum grege si-
bi crédito, peruēniat sempiternam.
Per Dóminum nostrum Iesum.

Vel, Ecclesiæ tuæ. vt supra Feria iij.

*Lectio epistolæ beati Pauli
apostoli ad Romanos.*

Cap. 5. **F**ratres: Iustificati igitur ex fide,
pacem habeamus ad Deum per Ie-
sum Christum Dóminū nostrum: per
quem & accessum habemus per fidem
in gratiā istam, in qua stamus, & glo-
riamur in spe gloriæ filiōrum Dei. Nō
solum autem: sed & gloriāmur in tri-
bulatiōibus, sciētes quód tribulatio
patientiam operatur: patientia autem
probatiōnem: probatio verò spem.
Spes autem non confundit. quia cha-
ritas Dei diffusa est in cōdib⁹ nostris
per Spiritū sanctū, qui datus est nobis.

Ph. 116. *Tractus* **L**audate Dóminum om-
nes gentes: & collaudate eum omnes
pópuli. **¶** Quoniam confirmata est
super nos misericórdia eius: & veritas
Dómini manet in ætérnum.

*Sequentia, Veni sancte Spiritus.
vt supra in Dñica sine, Ala. in fine.*

*Sequentia sancti euangelij
secundum Lucam.*

Cap. 4. **I**n illo tempore: Surgēs Iesus de sy-
nagoga, introiuit in domum Simō-

nis. Socrus autem Simōnis tenebatur
magnis febribus: & rogauerunt illum
pro ea. Et stans super illam, impera-
uit febrī: & dimisit illam, Et continuo
surgēs, ministrabat illis. Cū Sol au-
tē occidisset, ónes qui habebant infir-
mos varijs languoribus, ducēbant il-
los ad Iesum. At ille singulis manus
impónens, curābat eos. Exibant autē
dæmonia à multis, clamantia & di-
cētia: quia tu es filius Dei. Et incre-
pans, non sinēbat ea loqui, quia sciē-
bant ipsum esse Christum. Facta autē
die, egressus ibat in desertum locum:
& turbæ requirebant eum, & venerūt
vsque ad ipsum: & detinēbant illum,
ne discederet ab eis. Quibus ille ait.
Quia & alijs ciuitatibus oportet me
euangelizāre regnum Dei: quia ideo
missus sum. Et erat prædicans in sy-
nagógis Galilææ.

Credo. Offertorium. **D**ómi-
ne Deus salutis meæ, in die clamaui
& nocte coram te: intret oratio mea
in conspectu tuo Dómine, alleluia.

Secreta.
VT accepta tibi sint, Dómine, no-
stra ieiunia: præsta nobis, quæsumus,
huius múnere sacramenti, puri-
ficatū tibi pectus offerre. Per Dñm.
**Altera Secreta, vel, Oblatis quæsumus,
vel, Protege. Communio.**

Spiritus, vbi vult, spirat: & vocem
eius audis, alleluia, alleluia: sed nescis
vnde veniat, aut quò vadat, alleluia, al-
leluia, alleluia. **Postcommunio.**

Praebant nobis Dómine, diuinū
tua sancta feruorem, quo eorum

pariter & actu delectemur & gustu.
Per Dominum nostrum Iesum.

Altera Postcommunio. Vel, Hæc nos
quæsumus **vel, Quæsumus Domi-**
ne **iiij** **Dominicæ Resurrect.**

IN FESTO SAN ctæ Trinitatis.

Introitus.



Benedicta sit
sancta Trini-
tas, atq; indiu-
vitas: confitebi-
mur ei, quia fecit
nobiscum mise-
ricordiam suam.

Psal. Dne Dñi
nus noster, quã

admirabile est nomen tuũ in vniuer-
sa terra. **Gloria.**

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus,
qui dedisti famulis tuis in con-
fessione veræ fidei æternæ Trinitatis
gloriam agnoscere, & in potentia ma-
iestatis adorare vnitatem: quæsumus,
vt eiusdẽ fidei firmitate ab omnibus
seper muniamur ad vrsis. Per Dñm.

**Deinde fit commemoratio de Dõ-
minica prima post Pentecost. Oratio.**
**Deus in te sperantium. vt in ferius ha-
betur in eius Missa.**

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: O altitudo diuitiarũ sapien-
tiæ & scientiæ Dei: quã incom-
prehensibilia sunt iudicia eius, & inue-
stigabiles viæ eius. Quis enim cognõ-
uit sensum Dõmini? Aut quis consi-

liarius eius fuit? Aut quis prior dedit
illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ip-
so, & per ipsum, & in ipso sunt om-
nia. Ipsi honor, & gloria, in secula se-
culõrum. Amen.

Graduale. **B**enedictus es Dñe, qui **Dan. 3;**
intuêris abyssos, & sedes super Che-
rubim. **Benedictus es Dñe in firma-
mento cœli, & laudabilis in secula.**

Alleluia, alleluia. **Benedictus es** **Ibidẽ;**
**Dõmine Deus patrum nostrõrum, &
laudabilis in secula, alleluia.**

Sequẽtia sancti euangeliij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipu- **Co. 18.**
lis suis. Data est mihi omnis pote-
stas in cœlo & in terra. Eũtes, ergo
docete omnes gentes, baptizantes eos
in nomine patris, & filij, & spiritus
sancti: docetes eos seruare omnia quę
cũque mandauĩ vobis. Et ecce, ego
vobiscum sum vsque ad consumma-
tionem seculi.

Offertorium. **B**enedictus sit Deus **Tob. 12**
pater, vnigenitusque Dei filius, san-
ctus quoque spiritus: quia fecit nobis-
cum misericordiam suam. **Secreta.**

Sanctifica, quæsumus, Dõmine
Deus noster, per tui sancti nomi-
nis inuocationẽ, huius oblationis ho-
stiam: & per eã nosmetipsos tibi per-
ficẽ munus æternum. Per Dñm.

Præfatio. Qui cum vnigenito.

Communio. **B**enedicimus Deũ
cœli, & coram omnibus viuẽtibus
confitebimur ei: quia fecit nobiscum
misericordiam suam.

Postcommunio.

Proficiat: nobis ad salutem corporis & animæ, Dñe Deus noster, huius sacramenti susceptio: & sempiternæ sanctæ Trinitatis, eiusdemque indiuiduæ unitatis confessio. Per dñm.

DOMINICA PRIMA

post Pentecosten.

Introitus.

Ps. 12.



Domine in tua misericordia speravi: exultavit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino, qui bona tribuit

Ibidem.

Psalm. Usquequo Domine obliuisceris me in fine; usquequò auertis faciem tuam à me; *Ps.* Gloria.

Oratio.

Deus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, præsta auxilium gratiæ tuæ, ut in exequendis mandatis tuis & voluntate tibi, & actione placeam. Per Dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia sanctorum.

Oratio.

Acunctis nos, quæsumus, Domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente gloriosa uirgine Dei genitricis Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato **N.** & omnibus sanctis salutem nobis tribue benignus & pacem: ut, destructis aduersitatibus & erroribus uniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Et dicitur in Missa tam de tempo quam de festo usque ad aduen-

tum, nisi sit duplex, vel infra Octaua. Tertia uero oratio dicatur ad libitum sacerdotis.

Lectio epistolæ beati Ioannis apostoli.

Charissimi: Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiatorum pro peccatis nostris, Charissimi: Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet: & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus & ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur: quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei: Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor peccati. Qui autem timet, non est in charitate. Nos ergo diligimus quoniam Deus pi

quis dixerit, quoniam diligo Deum:
& fratrem suum oderit: mendax est:
Qui enim non diligit fratrem suum
quem videt: Deum, quem non videt,
quomodo potest diligere? Et hoc ma-
datum habemus à Deo: vt qui diligit
Deum, diligat & fratrem suum.

Graduale. Ego dixit Domine,
miserere mei: sana animam meam,
quia peccaui tibi. **V.** Beatus vir, qui
intelligit super egenum, & pauperem:
in die mala liberabit eum Dominus.

Alleluia, alleluia. **V.** Verba mea auri-
bus percipe Domine: intellige clamorem
meum, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Lucam.**



In illo tempore. Di-
xit Iesus discipu-
lis suis. Estote mise-
ricordes, sicut & pa-
ter vester misericors
est. Nolite iudicare, &
non iudicabimini. Nolite condennare &
non condennabimini. Dimitte, & dimit-
temini. Date, & dabitur vobis. Men-
sura bona, & confertam, & coagitata
& super effluentem dabunt in signum ve-
rum. Eadem quippe mensura qua-
si fueritis, remetiatur vobis. Dicet
illis & similitudinem. Numquid
uis caecum ducere? Nonne
eam cadunt? Non est disci-
pulum magistri. Perfectus au-
tem sicut magister eius.

lo fratris tui, trabem autem quae in oculo
tuo est, non consideras? Aut quo-
modo potes dicere fratri tuo: frater,
sine eiiciam festucam de oculo tuo: ip-
se trabem in oculo tuo non vides? Hy-
pocrita, eice primum trabem de oculo
tuo: & tunc perspicias vt educaas fe-
stucam de oculo fratris tui.

Credo. **Offertorium.** Intende
voci orationis meae, rex meus, & De-
us meus: quoniam ad te orabo Dñe. Psa. 84

Secreta.

Hostias nostras, quaesumus, Do-
mine, tibi dicatas placatus assu-
me, & ad perpetuum nobis tribue pro-
uenire subsidium. Per Dominum.

Ad poscenda suffragia sanctorum.

Secreta.

Exaudi nos Deus salutaris noster:
vt per huius sacramenti virtute,
à cunctis nos mentis & corporis hosti-
bus tuearis: gratiam tribuens in praesen-
ti, & gloriam in futuro. Per Dñm.

Communio. Narrabo omnia mi-
rabilia tua: letabor: & exultabo in te:
psallam nomini tuo altissime. Psa. 91

Postcommunio.

Tantis Domine repleti muneri-
bus, praesta, quaesumus: vt & sa-
lutaria dona capiamus, & à tua laude
nunquam censemur.

Ad poscenda suffragia sanctorum.

Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quaesu-
mus, Domine diuini sacramen-
ti munus oblatum: & intercedete beata
virgine Dei genitrice Maria, cum bea-
tis apostolis tuis Petro & Paulo, atque
beato

beato **N.** & omnibus sanctis: acunctis nos reddat & peruersitatibus expiatis & aduersitatibus expeditos. Per Dominum nostrum.

IN SOLEMNITATE
sacratissimi Corporis Christi.

Introitus.

Pf. 50.



IBAVITE OS
ex adipe frumenti, alleluia: & de petra melle saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia.

Pf. 80.

Psalm. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. **V.** Gloria patri & filio.

Oratio.

DEus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacramenta venerari: ut redemptionis tuae fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui uiuis.

Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Corinthios.

I. Co. II.

FRATRES: Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis: quonia Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemoratiorem. Similiter & calicem postquam coenauit, dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunque bibetis, in meam commemoratiorem. Quotiescunque enim manducabitis

panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis: donec veniat. Itaque; quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignum, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem se ipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignum: iudicium sibi manducat & bibit, non diudicans corpus Domini.

Graduale. **O**culi omnium in te sperant Domine: & tu das illis escam in tempore opportuno. **V.** Aperis tu manum tuam: & implebis omne animal benedictione: **A**lleluia, alleluia. **V.** Caro mea uere est cibus: & sanguis meus uere est potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. **Sequentia.**

LAUDA Sion saluatorem, lauda ducem & pastorem, in hymnis & canticis. **Q**uantum potes, tantum aude: quia maior omni laude, nec laudare sufficis. **L**audis thema specialis, panis uerus & uitalis: hodie proponitur. **Q**uem in sacrae mensae cenae, tu bae fratrum duodenae, datum non auerbigitur. **S**it laus plena, sit sonora, iucunda, sit decora mentis iubilat. **D**ies enim solennis agitur, in qua sae primo recolitur huius institutum. **I**n hac mensa noui regis, nouae legis, phase uetus te. **V**etustate nouitas, umbra ritas, noctem lux eluminat. coena Christus gessit facie expressit in sui memoriis institutis, panem vi

consecramus hóstiam. **D**ogma datur Christianis, quod in carné transit panis, & vinú in sanguiné. **Q**uod non capis, quod non vides, animósa firmat fides, præter rerú ordiné. **S**ub diuersis speciébus, signis tantú, & non rebus, latent res eximíæ. **C**aro cibus, sanguis potus: manet. **C**hristus tamé totus sub vtráque espécie. **A**sumente non concísus, non cōfractus, non diuisus: integer accípitur. **S**umit vnus, sumunt mille: quátum isti, tantú ille: nec sumptus consumitur. **S**umunt boni, sumunt mali: sorte tamen inæquali vitæ vel intéritus. **M**ors est malis, vita bonis: vide paris sumptiõnis quàm sit dispar éxitus. **F**racto demú sacramento, ne vacilles. sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tégitur. **N**ulla rei fit scissura: signi autem fit fractúra: quia nec status, nec statúra signati minúitur. **E**cce panis angelórum factus cibus victórum: verè panis filiórú non mittendus canibus. **I**n figúris præsignatur, quomodo Isaac immolátur: agnus pasche deputátur: datur manna patribus. **B**ene pastor, panis vere, Iesu nostri recere: tu nos pasce, nos tuere: tu bona fac videre in terra viuentiú. **I**n cuncta scis & vales: qui nos sic mortales: tuos ibi commen-deredes & sodales fac sanctón. Amen. Alleluia.

*Antiphona sancti euangelij
dum Ioannem.*

*ore: Dixit Iesus turbis
Caro mea, verè est ei-*

bus: & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguiné: in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cælo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna: & mortui sunt. Qui manducat hunc pané, viuet in ætérnum.

Credo. **Offertorium.** **S**acerdotes Dómini incensum, & panes offerunt Deo: & ideo sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius, alleluia.

Secreta.

Ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómine vnitátis & pacis propítius dona concède: quæ sub oblatiis munéribus mysticè designantur. Per Dóminum.

Præfatio. Quia per incarnati.

Et dicitur per totam Octauam.

Communio. Quotiescúnque máducábitis panem hunc, & calicem bíbátis, mortem Dómini annunciabitis, donec veniat: itaque quicúnq; máducauerit pané, & biberit calicem Dómini indigné, reus erit corporis, & sanguinis Domini, alleluia.

Postcómunio. **F**ac nos quæsumus, Dómine, diuinitátis tuæ sempiterna fruitiõne repleri: quã pretiosi corporis & sanguinis tui temporális percéptio præfigurat. Qui viuís & regnas.

Infra Octauam non fit de aliquo sancto, nisi fuerit duplex: in die Octauæ non fit nisi de festo sancti Ioannis Baptistæ, & festo totum apostolórum Petri & Pauli, si occurrat: & tunc fit

fit de festo cum cōmemoratione Octauæ. Secunda oratio infra Octauam de sancta Maria, **C**oncède tertia Ecclēsiæ. vel pro Papa.

DOMINICA SECUNDA. post Pentecosten, quæ est infra Octauam Corporis Christi.

Introitus.



Psa. 17

Hæc est Dōminus protector meus: & eduxit me in latitudinem: saluum me fecit: quoniam

Ibidē.

voluit me

Psalm.

Diligam te Dōmine fortitudo mea: Dōminus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Gloria.

Oratio.

Sancti nōminis tui, Dñe, timōrem pariter & amōrem fac nos habere perpetuū: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dōminum.

Deinde fit cōmemorat. de Octaua Corporis Christi tantum.

Deus qui nobis. vt supra

Lectio epistolæ beati Ioannis apostoli.

Ca. 3

Charissimi: Nolite mirari, si odit vos mūdus. Nos scimus, quōniā translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentē. In hoc cognouimus charitatem Dei, quōniā ille pro nobis animam suā posuit: & nos debemus pro fratribus

animas pōnere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quōmodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua: sed opere & veritate.

Graduale: Ad Dōminum cum tribulārer clamāui: & exaudiuit me, **Ps.** Dōmine, libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolōsa. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Domine Deus in te sperāui, saluū me fac ex omnibus sequentibus me, & libera me, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam fecit coenam magnam: & vocauit multos. Et misit seruū suū hora coenæ dicere inuitatis vt venirēt: quia iam parāta sunt omnia. Et coeperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei. Villā emi & necesse habeo exire, & vidēre illam. Rogo te habe me excusatū. Et alter dixit. Iuga bouū emi quinque: & eo probāre illa. Rogo te, habe me excusatū. Et alius dixit, Vxorē duxi: & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciāuit hæc domino suo. Tunc irātus pater familias, dixit seruo suo. Exi citō in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, & caecos & claudos introduc huc. Et ait seruus. Dōmine, factū est vt imperasti: adhuc locus est. Et ait dōmini expe. Exi in vias & sepes, & conis nostri trare, vt impleatur domus uestra.

Gadi.

autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cenam meam.

6. **C**redo. **Offertorium.** Domine conuertere, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. **Secreta.**

Oblatio nos, quæsumus, Domine, tuo nomini dicenda purificet: & de die in diem ad cælestis vitæ transferat actionem. Per Dñm.

12. **Communio.** Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi. **Postcom.**

Sumptis muneribus sacris quæsumus, Domine, vt cum frequentatione mysterij, crescat nostræ salutis effectus. Per Dominum.

DOMINICA TERTIA.

post Pentecost. **Introitus.**



24. **R**espice in me, & miserere mei Domine: quoniam vnicus, & pauper sum ego: vide humilitatem meam

& laborem meum. & dimitte omnia peccata mea Deus meus.

25. **Psalm.** Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. **V.** Gloria patri.

Oratio.

Protector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce, sic viuamus per bona temporalia, vt mereamur æterna. Per Dñm.

i prima domica post Pente.

Lectio epistolæ beati Petri apostoli.

Charissimi: Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum: quoniam ipsi est cura de vobis. Sobrii estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passus ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Graduale. Iacta cogitatum tuum in Domino: & ipse te enutriet. **V.** Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi. **A**lleluia, alleluia. **V.** Deus iustus, fortis, & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? alleluia. **Ps. 7.**

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Erat appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Pharisei & Scribæ, dicentes. Quia hic peccatores recipit, & maducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oves: & si perdiderit vnã ex illis, nonne dimittit nonaginta noue in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illam? Et cum

inuenit

DOMINICA QVARTA.

Post Pentecost. Introitus.



Ominus illuminatio mea, & salus mea que timebo? Dominus defensor vite mee, a quo trepidabo? qui tribulat

me inimici mei, ipsi infirmati sunt: & cederunt. **Psalm.** Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. **Gloria patri & filio & spiritui sancto.**

Oratio.

DA nobis, quaesumus, Dñe, vt & mundi curtus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: & ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur. Per Dñm.

Acunctis nos. **vt in prima Domínica post Pentecost.**

Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Romanos.

FRatres. Existimo, quod non sunt condignæ passionis huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei: Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. In Christo Iesu Domino nostro.

inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi: quia inueni quem meam quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore poenitentiam agente, quam supra nona gintaduem iustis, qui non indigent poenitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem: si perdidit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quaerit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenit, conuocat amicas & vicinas, dicens. Congratulamini mihi: quia inueni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis: gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente.

Ps. 9.

Credo. **Offertorium.** Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum Dñe: quoniam non derelinquis quærentes te. Psallite Dño, qui habitat in Sion, quoniam non est oblitus orationem pauperum. **Secreta.**

Respice, quaesumus, Domine, munerera supplicantis ecclesiae: & saluti credentium perpetua sanctificatione sumenda concede. Per. Dñm.

Exaudi nos Deus salutaris.

Luc. 11

Communio. Dico vobis, gaudium est angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente.

Postcommunio.

Sancta tua, Domine, nos sumpta viuificent: & misericordiae sempiternae præparent expiatis. Per Dñm.

Mundet, & muniat.

47.

Graduale. Propitius esto, Dñe, peccatis nostris: ne quando dicant gentes vbi est Deus eorum. **R.** Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui Domine, libera nos.

9.

Alleluia, alleluia. **R.** Deus, qui sedes super thronum, & iudicas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Lucam.**

p. 5.

In illo tempore. Cum turbae irruerent in Iesum, ut audirent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderat, lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Ut autem cessauit loqui, dicit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi. Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum: Et annuerunt socijs qui erant in alia naui: ut venissent: & adiuuarent eos. Et venerunt, & impulerunt ambas nauiculas: ita ut parerentur in unum. Quod cum vidisset Simon Petrus, prociuit ad genua Iesu, dicens. Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. Stupor enim circumdederat eum & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem & Iacobus

& Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus. Noli timere: ex hoc iam eris homines capies. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Credo. **Offertorium.** Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.

Pf. 12.

Secreta.

Oblationibus nostris, quæsumus Domine, placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per Dominum.

Exaudi nos. **Communio.**

Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, adiutor meum. **Postcommunio.**

Pf. 17.

Mysteria nos, Domine, quæsumus, sumpta purificent: & sumunere tueantur. Per Dominum nostrum. **Mundet & muniat. ut in prima Dominica.**

**DOMINICA QUINTA:
post Pentecost. Introitus.**



Exaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque dispicias me Deus salutaris meus. **Psalms.**

Pf. 16.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? **R.** Gloria.

Oratio.

Deus, qui diligetibus te bona inuisibilia præparasti: infunde cordibus nostris tui amoris effectum: ut te in omnibus & super omnia diligentes:

pro

promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequamur. Per Dominum.

A cunctis. **ut in prima Dominica post Pentecost.**

Lectio epistolæ beati Petri apostoli.

1. Cap.

Charissimi: Omnes unanimiter in oratione estote, cõpatientes, fraternitatis amatores, misericordes modesti, humiles. Non reddentes malum pro malo: nec maledictum pro maledicto, sed e contrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, ut benedictione hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos: coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam. Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni amatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam: beati. Timorem autem eorum ne timueritis, ut non conturbemini. Dominum autem Iesum Christum sanctificate in cordibus vestris.

Pf. 83.

Graduale. Protector noster aspice Deus: & respice super seruos tuos.

Ps. Domine Deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum.

Pf. 20.

Alleluia, alleluia. **Ps.** Domine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer, alleluia.

Sequentia sancti evangelij secundum Mattheum.

Cap. 5.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abun-

dauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Audistis, quia dictum est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare: & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

Credo. **Offertorium.** Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: prouidebam Deum in conspectu meo semper: quonia à dextris est mihi, ne commouear. **Secreta.**

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris: & has oblationes famulorum, famularumque tuarum benignus assume: ut, quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum.

Exaudi nos.

Communio.

Vnam petij à Domino, hæc requiram: ut in habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Postcommunio.

Qvos, Domine, cælesti dono satiasti: præsta quesumus: ut à nostris mundemur occultis: & ab hostium liberemur insidijs. Per Dominum.

Mundet & muniat.

DOMINICA SEXTA.
post Pentecost.

Introitus.

Eccl. Do



Dominus fortitudo plebis suæ: & protector salutarium Christi sui est: saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ, & rege eos vsque in seculum.

Psal. Ad te Domine clamabo: Deus meus ne sileas à me: nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum. **Ps.** Gloria patri & filio.

Oratio.

Deus virtutum, cuius est totum, quod est optimum, infere pectoribus nostris amorem tui nominis: & presta in nobis: religionis augmentum: ut quæ sunt bona nutriamus: ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodiamus. Per Dominum nostrum.

A cunctis nos, ut in prima Dominica post Pentecost.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Qui cunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte: ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in natiuitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est: ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo:

credimus quia simul etiam viuemus cum illo. Scientes, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro.

Graduale. Conuertere Domine Ps. 89. aliquantulum: & deprecare super seruos tuos. **Ps.** Domine refugium factus es nobis, à generatione in generatione. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** In te Domine speraui, non confundar in æternum: Ps. 30. in iustitia tua libera me, & eripe me: inclina ad me aurem tuam: accelera, ut eripias me, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum



In illo tempore: Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis suis, ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducant. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia. Quidam enim ex is de longè uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem. Et præcepit turbæ discubere super terram. Et accipiens septem

tem panes, gratias agens fregit, & de-
dit discipulis suis vt apponerent: & ap-
posuerunt turbæ. Et habebant piscicu-
los paucos: & ipsos benedixit, & iussit
apponi. E manducauerunt, & saturati
sunt. Et sustulerunt quod superauerat
de fragmentis, septem sportas. E-
rant autem qui manducauerant, qua-
si quatuor millia: & dimisit eos.

Credo. **Offertorium.** Perfice
gressus meos in semitis tuis: vt non
moueatur vestigia mea: inclina aure
tuam, & exaudi verba mea: mirifica
misericordias tuas, qui saluos facis
sperantes in te, Domine. **Secreta.**

Propitiare, Domine, supplicatio-
nibus nostris: & has populi tui o-
blationes benignus assume: & vt nulli-
us sit irritum votum, nullius vacua
postulatio, presta quæsumus: vt, quod
fideliter petimus, efficaciter consequamur.
Per Dominum nostrum.

Exaudi nos. **Communio.**
Circuibo, & immolabo in tabernacu-
lo eius hostiam iubilationis: cantabo,
& psalmum dicam Domino. **Postcommunio.**

Repleti sumus, Dñe, munèribus
tuis: tribue quæsumus: vt eorū
mundemur effectu, & muniamur au-
xilio. Per Dominum nostrum.

Mudet & muniat. vt in prima Dñica.

DOMINICA SEPTIMA
post Pentecost. **Introitus.**



Mnes gentes plaudite
manibus: iubilare Deo
in voce exultationis.

Pf. 46.

Ibidè.

Psal. Quonia Dñs ex-
celsus, terribilis, rex

magnus super omnem terram.

Gloria patri.

Oratio.

Deus, cuius prouidentia in sui dis-
positione non fallitur: te suppli-
ces exoramus: vt noxia cunctis submo-
ueas: & omnia nobis profutura concedas.
Per Dñm. **A cunctis. vt in prima.**

Dominica post Pentecost.

Lectio epistolæ beati Pauli
apostoli ad Romanos.

Fratres: Humānum dico, propter
infirmitatem carnis vestræ. Sicut
enim exhibuistis membra vestra serui-
re immunditiæ & iniquitati ad iniqui-
tate, ita & nunc exhibete membra ve-
stra seruire iustitiæ, in sanctificatione.
Cum enim serui essetis peccati, liberi
fuisstis iustitiæ. Quem ergo fructum ha-
buistis tunc in illis, in quibus nunc eru-
bescitis? Nam finis illorum, mors est.
Nunc verò liberati à peccato: serui au-
tem facti Deo, habetis fructum vestrum
in sanctificationem, finem verò vitam
æternā. Stipedia enim peccati, mors.
Gratia autē Dei, vita æterna, in Chri-
sto Iesu Domino nostro.

Graduale. Venite filij, audite me:
timorē Domini docēbo vobis. **A**c-
cedite ad eum, & illuminamini: & fa-
cies vestræ non confundentur. **A**lle-
luia, alleluia. **A**lleluia. **P** Omnes gentes plau-
dite manibus, iubilare Deo in voce
exultationis, alleluia.

Sequentia sancti euangeliij
secundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipu-
lis suis. Attēdite à falsis prophetis
qui veniunt ad vos in vestimentis o-

uium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic, omnis arbor bona, bonos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnū coelorum: sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnū celorum.

Credo Offertorium. Sicut in hoc locaustis arietem & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi: quia non est confusio confidentibus in te, Dñe.

Secreta.

Deus, qui legalium differentiam hostiarum unius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tuis famulis: & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: ut quod singuli obtulerunt ad maiestatis tuæ honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum.

Exaudinos Communio.

Inclina aurē tuam, accelera, ut eruas me.

Postcommunio.

Tvanos, Dñe, medicinalis operatio, & a nostris peruersitatibus clementer expediat, & ad ea quæ sunt recta perducat. Per Dominum.

Mundet & muniat.

DOMINICA OCTAUA

post Pentecost. **Introitus.**



Uscēpimus, Deus, **Ps. 47.**
misericordiā tuā in
medio repli tui: se-
cū dum nomē tuū
Deus: ita & laus tua
in fines terræ: iusti

tia plena est dextera tua. **Psalm.**

Magnus Dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. **Gloria. Oratio.**

Largire nobis, quæsumus, Dñe, semper spiritum cogitandi quæ recta sunt propius & agendi: ut, qui sine te esse non possumus, secundum te uiuere ualeamus. Per Dominum.

Acunctis. **ut in prima Dominica post Pentecost.**

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Debites sumus: non carni ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur: hi filij Dei sunt. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij: & heredes. Heredes quidem Dei: coheredes autem Christi.

Graduale. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij, ut saluum me facias. **Ps. Deus in te speraui: Dñe non**

Ibidē.

Cap. 8.

Ps. 50.

non confundar in æternum. Alleluia
 Ps. 47. alleluia. Magnus Dominus, & lau-
 dabilis valde: in ciuitate Dei nostri. in
 monte sancto eius, alleluia.

Sequentia sancti euangelij
 secundum Lucam.

Ca. 16. In illo tempore: Dixit Iesus discipu-
 lis suis parabolam hanc. Homo qui-
 dam erat diues, qui habebat villicum:
 & hic diffamatus est apud illum, qua-
 si dissipasset bona illius. Et vocauit il-
 lum, & ait illi. Quid hoc audio de te?
 Redde rationem villicationis tue: iam
 enim non poteris villicare. Ait autem
 villicus intra se. Quid faciam, quia do-
 minus meus aufert a me villicationem?
 Fodere non valeo: mendicare erubesc-
 co. Scio quid faciam: ut cum amotus
 fuero a villicatione, recipiant me in
 domos suas. Conuocatis itaque singu-
 lis debitoribus domini sui, dicebat pri-
 mo. Quantum debes Domino meo?
 At ille dixit. Centum cados olei. Di-
 xitque illi. Accipe cautionem tuam:
 & sede cito, & scribe quinquaginta.
 Deinde alio dixit. Tu vero quantum
 debes? Qui ait. Centum coros tritici.
 Ait illi. Accipe literas tuas, & scribe
 octoginta. Et laudauit Dominus vil-
 licum iniquitatis, quia prudenter fe-
 cisset: quia filij huius seculi pruden-
 tiores filijs lucis in generatione sua
 sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis
 amicos de mammona iniquitatis: ut
 cum defeceritis, recipiant vos in æter-
 na tabernacula.

Ps. 17.

Credo. Offertorium. Populum
 humilem, saluum facies Dñe: & oculos

superborum humiliabis: quoniam quis
 Deus præter te Domine? Secreta.

Supplices, quæsumus Domine, mu-
 nera, quæ tibi de tua largitate de-
 ferimus, ut hæc sacro sancta mysteria
 gratiæ tuæ operante virtute, & presen-
 tiæ vitæ nos cõuersatione sanctificent
 & ad gaudia sempiterna perducant.
 Per Dominum nostrum.

Exaudi nos. Communio.

Gustate, & videte, quoniam suavis est
 Dominus: beatus vir qui sperat in eo.

Postcommunio.

Sit nobis, Domine, reparatio me-
 tis & corporis cæleste mysterium
 ut: cuius exequimur cultum, sentiã-
 mus effectum. Per Dominum.

Mundet & muniat.

DOMINICANONA

post Pentecost. Introitus.



Dice Deus adiuuat me: E
 & Dominus susceptor 53
 est animæ meæ: auer-
 te mala inimicis meis:
 & in veritate tua dis-
 perde illos protector meus Domine.

Psalm. Deus in nomine tuo sal-
 uum me fac: & in virtute tua libera
 me. Gloria patri & filio.

Oratio.

Pateant aures misericordiæ tuæ,
 Dñe, precibus supplicantiũ: & ut
 petentibus desiderata concedas, fac eos
 quæ tibi sunt placita postulare. Per.

Acunctis: ut in prima Dominica
 post Penteco.

Lectio epistolæ beati Pauli
 ad Corinth

FRatres: Non simus concupiscen-
tes malorum, sicut & illi concupie-
runt. Neque idololatras efficiamini, si-
cut quidam ex ipsis: quemadmodum
scriptum est. Sedit populus manduca-
re & bibere, & surrexerunt ludere. Ne-
que fornicemur: sicut quidam ex ip-
sis fornicati sunt, & ceciderunt vna
die viginti tria millia. Neque tentemus
Christum: sicut quidam eorum tenta-
uerunt, & a serpentibus perierunt. Ne-
que murmuraueritis: sicut quidam eor-
um murmurauerunt, & perierunt ab
exterminatore. Hæc autem omnia in fi-
gura contingebant illis: scripta sunt au-
tem ad correptionem nostram, in quos
fines seculorum deuenerunt. Itaque
qui se existimat stare, videat ne cadat.
Tentatio vos non apprehendit, nisi hu-
mana. Fidelis autem Deus est, qui non pa-
tietur vos tentari supra id quod pote-
stis: sed faciet cum tentatione etiam
prouentum: ut possitis sustinere.

Graduale. Domine Dñs noster,
quã admirabile est nomen tuũ in vni-
uersa terra. **V.** Quoniam eleuata est
maiorificentia tua super coelos.

Allergia, alleluia. **V.** Eripe me de ini-
micis meis Deus meus: & ab insurgen-
tibus in me libera me, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Lucam.**

In illo tempore: Cum appropinqua-
ret Iesus Hierusalẽm, videns ciui-
fluit super illam, dicens. Quia
& tu, & quidem in hac
tibi. Nunc autem
culis tuis: Quia ve

nient dies in te: & circundabunt te ini-
mici tui vallo: & circundabunt te, &
coangustabunt te vndique: & ad terram
prosternent te, & filios tuos, qui in te
sunt & non relinquent in te lapidem
super lapidem: eo quod non cognoue-
ris tempus visitationis tuæ. Et ingres-
sus in templum, cepit eiicere venden-
tes in illo & ementes, dicens illis. Scri-
ptum est: quia domus mea domus ora-
tionis est. Vos autem fecistis illam spe-
luncam latronum. Et erat docens quo-
tidie in templo.

Credo. Offertorium. Iustitiæ Dõ-
mini rectæ lætificantes corda, & iudi-
cia eius dulciõra super mel & fauum:
nam & seruus tuus custodit ea. Ps. 118.

Secreta.

Concède nobis, quæsumus Dõ-
mine, hæc dignè frequẽtare my-
stèria: quia quoties huius hostiæ com-
memoratio celebratur, opus nostræ
redemptionis exercetur. Per Dñm.

Exaudi. Communio. Qui man-
ducat meam carnem, & bibit meum
sanguinẽ, in me manet, & ego in eo,
dicit Dominus. Ioã. 6.

TVi nobis, quæsumus, Domine,
communio sacramenti, & purifi-
cationem conferat, & tribuat vnitã-
tem. Per Dominum.

Mundet & muniat.

**DOMINICA DECIMA
post Pentecost. Introitus.**

DVM clamarem ad Dominum Ps. 54.
exaudiuit vocem meam ab
his, qui appropinquat mihi:
& humiliavit, eos, qui est ante seculum,
&

& manet in eternum: iacta cogitatum
tuum in Domino, & ipse te enutriet.

Ibidé.

Psalm. Exaudi Deus orationem
meam, & ne despexeris deprecationem
meam: intende mihi, & exaudi me.

G. Gloria patri & filio.

Oratio.

Deus, qui omnipotentiam tuam
parcendo maxime & miseran-
do manifestas: multiplica super nos
gratiam tuam: ut ad tua promissa cur-
rentes, caelestium bonorum facias esse
confortes. Per Dominum.

Acunctis nos quesumus. **ut in pri-
ma Dominica post Pentecost.**

**Lectio epistolae beati Pauli apostoli
ad Corinthios.**

1. ca. 12. **F**Ratres: Scitis quoniam cum gen-
tes essetis, ad simulachra muta
prout ducebamini, euntes. Ideo notum
vobis facio, quod nemo in spiritu Dei
loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo
potest dicere, Dominus Iesus nisi in spiri-
tu sancto. Diuisiones vero gratiarum
sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones
ministracionum sunt: idem autem Do-
minus. Et diuisiones operacionum
sunt: idem vero Deus, qui operatur
omnia in omnibus. Vnicuique autem
datur manifestatio spiritus, ad utilita-
tem. Alij quidem per spiritum datur
sermo sapientiae: alij autem sermo
scientiae, secundum eundem spiritum.
Alteri fides in eodem spiritu: alij gra-
tia sanitatum in vno spiritu: alij ope-
ratio virtutum: alij prophetia: alij dis-
cretio spirituum: alij genera lingua-
rum: alij interpretatio sermonum.

Haec autem omnia operatur vnus at-
que idem spiritus, diuidens singulis
prout vult.

Graduale.

Custodi me, Domine, ut pupillam
oculi: sub umbra alarum tuarum pro-
tege me. **G.** De vultu tuo iudicium
meum prouideat: oculi tui videant æ-
quitatem.

Alleluia, alleluia. **G.** Te decet hym-
nus Deus in Sion: & tibi reddetur vo-
tum in Hierusalem.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Lucam.**



In illo tempore: Dixit Iesus ad quosdam
qui in se confidebant
tanquam iusti, & as-
pernabantur ceteros,
parabolam istam. Duo
homines ascenderunt in templum
ut orarent: vnus Pharisæus, & al-
ter Publicanus. Pharisæus stans, hæc
apud se orabat. Deus, tibi gratias
ago, quia non sum sicut ceteri ho-
mines: raptores, iniusti, adulteri: ve-
lut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis
in sabbatho: decimas do omnium quæ
possideo. Et Publicanus à longè stans
nolebat nec oculos ad cælum leuare:
sed percutiebat pectus suam, di-
cens. Deus propitius esto mihi pec-
tatori. Amen dico vobis: descendit
hic iustificatus in domum suam ab
illo. Quia omnis qui se exaltat, humili-
abitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Credo. Offertorium. Ad te Domine
leuaui animam meam: Deus meus

in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim universi qui te expectant, non confundentur.

Secreta.

Tibi, Domine, sacrificia dicata reddantur: quæ sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti: ut eadem, remedia fieri nostra prestares. Per.

Exaudi nos. Communio.

Acceptabis sacrificium iustitiæ. oblationes, & holocausta, super altare tuum, Domine.

Postcommunio.

Quæsumus, Domine Deus noster: ut quos diuinis reparare non desinis sacramentis, tuis non destituas benignis auxilijs. Per Dominum.

Mundet & muniat.

DOMINICA VNDECIMA
post Pentecost. **Introitus.**



Eus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo: ipse dabit virtutem & fortitudinem ple-

bi suæ **Psal.** Exurgat Deus, & dispersentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. **Gloria** patri & filio & spiritui sancto. **Oratio.**

Omnipotens sempiternus Deus: qui abundantia pietatis tuæ, & merita supplicium excedis, & nota: effunde super nos misericordiam tuam: ut dimittas quæ conscientie metuit: & adicias quod oratio non presumit. Per dominum.

Acunctis. **ut in prima Dominica**
post Pentecost.

Lectio epistolæ beati pauli apostoli
ad Corinthios.

Fratres: Notum vobis facio evangelium, quod predicavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salvamini qua ratione predicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accēpi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: & quia sepultus est: & quia resurrexit tertia die, secundum scripturas: & quia visus est Cepha: & post hoc, undecim. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus: ex quibus multi manent usque ad hunc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo: deinde apostolis omnibus. Novissime autem omnium, tanquam abortivo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum: qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum, idcirco in me: & gratia eius in me, vacua non fuit.

Graduale In Deo speravit cor meum, & adiutus, sum: & restituit caro mea: & ex voluntate mea confitebor illi. **Ps. 27.** Ad te Domine clamavi: Deus meus ne sileas: ne discedas a me.

Alleluia, alleluia. **Ps. 80.** Exultate Deo adiutori nostro: iubilante Deo Iacob: sumite psalmum iucundum cum cithara, alleluia.

Sequentia sancti evangelij
secundum Marcum.

Cap. 7. **I**N illo tēpore: Exiens Iesus desinibus Tyri, venit per Sidōnē ad mare Galilææ, inter mēdios fines Decapōleos. Et addūcunt ei surdum & mutum: & deprecabāntur eum, vt impōnat illi manum. Et apprehēdens eū de turba seorsum, misit digitos suos in aurīculas eius: & expuens, tētiguit linguam eius. Et suspiciens in cœlum, ingemuit: & ait illi. Ephphethā, quod est, adaperīre. Et statim apertæ sūt aures eius: & solūtum est vīnculum linguæ eius, & loquebātur rectē. Et præcēpit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiēbat, tanto magis plus prædicābant: & eo amplius admirabātur, dicentes. Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Ps. 29. **C**redo. **Offertorium.** Exaltābo te Dōmine, quōniam suscepisti me: nec delēctasti inimicos meos super me: Dñe clamāui ad te, & sanasti me.

Secreta.

Respice, Dōmine, quæsumus, ad nostram propitius seruitutem. vt, quod offerimus, sit tibi munus acceptum: & sit nostræ fragilitātis subsidium. Per Dōminum nostrum.

Exaudi nos. **Communio.**

pro. 3 **H**onora Dñm de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum: & implebuntur aræ tuę saturitate, & vino torcularia redundābunt. **Postcomunio.**

Sentiāmus, quæsumus, Dōmine, tui perceptiōne sacramenti, sub sidium mentis & cōporis: vt in utrūq; saluati, cœlestis remēdij plenitudine gloriēmur. Per Dōminum nostrum.

Mundet & muniat.

DOMINICA DVODE

cima post Pentecost.

Introitus.



E V S in adiutorium meum intēde: Dōmine ad adiuuandum me festina: confundantur & reuereantur ini-

mici mei, qui quærunt animam meam. **Psalm.** Auertantur retrōrsum & erubescant qui volunt mihi mala.

G. Glōria patri & filio.

Oratio.

OMnipotens & misericors Deus de cuius mūnere venit: vt tibi a fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur: tribue nobis, quæsumus: vt ad promissiones tuas, sine offensiōne curāmus. Per Dñm. **A** cunctis nos. **vt**

in prima Dominica post Pentecost.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios

FRatres: Fidūciam talem habēmus per Christū ad Deum: non quēd sufficēntes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficēntia nostra ex Deo est. Qui & idōneos nos fecit ministros noui testamēnti: non litera, sed spiritu. Litera enim occidit: spiritus autem vivificat. Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in glōria, ita vt non possent intēdere filij Israël in faciem Mōysi, propter glōriam vultus eius: quæ euacuatur: quōmodo non magis ministratio spiri^{us} erit in glōria? Nā si ministratio dānationis in glōria est:

mul

multo magis abundat ministerium iustitiæ in gl'oria. **Graduale.**

Benedicam Dominum in omni tēpo re: semper laus erit in ore meo. **Ps.** In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur.

8. **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te, alleluia.

**Sequentia sancti euangēlij
secūndum Lucam.**

10. **I**n illo tēpore: Dixit Iesus discipu lis suis. Beati oculi, qui vident quæ vos vidētis. Dico enim vobis, quod multi prophætæ & reges voluerūt vidēre quæ vos vidētis, & non viderūt: & audire quæ auditis, & non audierūt. Et ecce, quidam legisperitus surrexit, tentans illū, & dicens. Magister, quid faciendū vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respō dens, dixit. Diliges Dñm Deū tuum ex toto corde tuo, & ex anima tua & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximū tuum sicut te ipsum. Dixitq; illi. Rectè respondi sti: hoc fac, & viues. Ille autē volēs iustificare seipsum, dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus? Suspiciēs autē Iesus dixit. Homo quidā descendē bat ab Hierusalē in Ierichō, & incidit in latrones, qui etiā despoliauerūt eū: & plagis impōsitis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autē, vt sacerdos qui dam descēderet eādē via: & viso il lo præterit. Similiter & leuita, cum esset secus locū, & vidēret eū, pertrān-

siit. Samaritanus autem quidam, iter faciens, venit secus eū & videns eum, misericordia motus est. Et appropriās alligauit vūlnera eius, infundēs oleum & vinum: & impōnens illum in iumē tum suum, duxit in stabulum, & curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait. Cu ram illius habe: & quodcūque super erogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium vidētur tibi proximus fuisse illi qui incidit in la trōnes? At ille dicit. Qui fecit miseri cōrdiam in illum. Et ait illi Iesus. Va de, & tu fac similiter.

Credo. **Offertorium.** **Precātus** Ex. 32 est Mōyses in conspectu Dōmini Dei sui, & dixit: quare Dōmine irasceris in pōpulo tuo? parce itæ animæ tuæ: memēto Abraham, Isaac, & Iacōb, quibus iurasti dare terram fluentem lac, & mel: & placatus factus est Dō minus de malignitate, quam dixit fa cere pōpulo suo. **Secreta.**

Hostias, quæsumus, Dōmine, pro pitius intēde, quas factis altari bus exhibēmus: vt nobis indulgentiā largiēdo, tuo nomini dent honōrē. Per Dōminum nostrum.

Exaudi. **Communio.** **De fru-** Ps. 104
ctu operum tuōrum, Dōmine, satiabi tūr terra: vt educas panem de terra & vinum lætificet cor hōminis: vt ex hi laret faciem in oleo, & panis cor hō minis confirmet. **Postcommunio.**

Viūficet nos, quæsumus Dōmi ne, huius participatio sancta my sterij: & pariter nobis expiatiōnē tri buat

but, & munimen. Per Dōminum.

Mundet & mūniat.

**DOMINICA DECIMA-
tertia post Pentecost. Introitus.**

Pf. 72.



Es pice Dōmine in te-
stamentum tuum, &
animas pāuperū tuō-
rum ne derelinquas
in finem: exurge Dō

mine, & iūdica causam tuā, & ne obli-
uiscāris voces quærentium te.

Ibidē.

Psalm. Vt quid Deus repulisti in
finem: irātus est furor tuus super oues
pāscuæ tuæ? **V.** Glōria patri.

Oratio.

OMnipotens sempitērne Deus:
da nobis fidei, spei, & charitā-
tis augmentum: & vt mereāmur asse-
qui quod promittis, fac nos amāre
quod præcipis. Per Dōminum.

Acunctis, vt in prima Dōminica
post Pentecost.

**Lectio epistolæ beati Pauli
apōstoli ad Galatas.**

Cap. 3.

FRatres: Abrahæ dictæ sūt promil-
siones: & semini eius. Non dicit,
Et seminib⁹, quasi in multis: sed quasi
in vno, Et semini tuo, qui est Chri-
stus. Hoc autem dico, testamentum
confirmatū à Deo: quæ post quadrin-
gentos & triginta annos facta est lex,
non irritum facit ad euacuādam pro-
missionem. Nam si ex lege heredi-
tas, iam non ex promissione. Abra-
hæ autem per repromissionem donā-
uit De⁹. Quid igitur lex? Propter trās-
gressiōnem posita est, donec veniret
semen cui promiserat: ordinata per an-

gelos in manu mediatoris. Mediator
autē, vnus non est: Deus autem vnus
est. Lex ergo aduersus promissā Dei?
Absit. Si enim data esset lex quæ pos-
set viuificāre: verè ex lege esset iusti-
tia, Sed conclusit scriptura omnia sub
peccato, vt promissio ex fide Iesu
Christi darētur credentibus.

Graduale. **R.** Es pice, Dōmine, in
testamentum tuum, & animas pāupe-
rum tuōrum ne obliuiscāris in finem.
V. Exurge Dōmine, & iudica causam
tuam: memor esto opprobrii seruō-
rum tuōrum.

Alleluia, alleluia. **V.** Dōmine refu-
gium factus es nobis à generatiōne in
generatiōnem, alleluia.

**Sequentia sancti euangēlij
secundum Lucam.**

IN illo tempore: Dum iret Iesus in
Hierusalēm, transibat per mediā
Samarīam & Galilæam. Et cum in-
grederētur quoddam castellum, oc-
currerunt ei decem viri leprosi. Qui
steterunt à lōgè: & leuauerūt vocem,
dicētes. Iesu peccēptor, miserere no-
stri. Quos vt vidit, dixit. Ite, ostēdite
vos sacerdotibus. Et factum est: dum
irent, mundati sunt. Vnus autem ex
illis, vt vidit quia mundatus est: regrē-
sus est, cum magna voce magnificās
Deum: & cecidit in faciem ante pe-
des eius, grātiās agens. Et hic erat Sa-
maritanus. Respondens autem Iesus,
dixit. Nōne decem mundati sunt?
& nouem vbi sunt? Non est inuen-
tus qui rediret, & daret glōriam Deo,
nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge,

vade: quia fides tua te saluum fecit.

Credo. **Offertorium.** In te speraui Dñe: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea. **Secreta.**

Propitiare, quæsumus, Dòmine, pòpulo tuo; propitiare munètib; ut hac oblatiòne placatus, & indulgèntiam nobis tribuas, & postulata concèdas. Per Dòminum.

Exaudi. **Communio.** Panem de cœlo dedisti nobis, Dòmine, habentè omne delectamèntum, & omnem sapòrem suauitatis. **Postcommunio.**

Sumptis, Dòmine, cœlestibus sacramèntis ad redemptiònis æternæ, quæsumus, proficiamus augmèntum. Per Dòminum nostrum.

Mundet & muniat.

**DOMINICA DECIMA-
quarta post Pentecost.**

Introitus.



Rotector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui: quia melior est dies vna in atrijs tuis super mil-

lia. **Psalm.** Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Dòmini. **V.** Glòria patri & filio.

Oratio.

Custodi, quæsumus Dòmine, ecclesiã tuã propitiatiòne perpètua: & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs & abstrahatur à nòxijs, & ad salutaria dirigatur. Per Dòminum. **A cunctis. ut in prima Dominica post Pentecost.**

**Lectio epistolæ beati Pauli
apòstoli ad Galatas.**

Fratres: Spìritu ambulãte, & desideria carnis non perficiètis. Caro enim còcupiscit aduersum spìritu: spìritus autè aduersus carnè. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: ut non quacùnque vultis, illa faciatis. Quòd si spìritu ducimini: non estis sub lege Manifesta autem sunt òpera carnis, quæ sunt: fornicatio, immundità, impudicitia, luxúria, idolòrum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiònes, æmulatiònes, iræ, rixæ, dissensiònes, lectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestationes, & his similia. Quæ prædico vobis, sicut prædixi: quòd iam qui talia agunt, regnum Dei non consequètur. Fructus autè spìritus est, charitas, gaudiũ, pax, pacièntia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides modestia, còtinèntia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Quia autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentiis. Cap. 5

Graduale. Bonum est confidere in Dño, quã còfidere in hómine. **V.** Bonũ est sperãre in Dño, quã sperãre in principibus. **Alleluia, alleluia.** **V.** Venite exultemus Dòmino: iubilèmus Deo salutari nostro, alleluia. Ps. 117.

**Sequèntia sancti euangèlij
secundum Matthæum.**

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo potest duòbus dòminis seruire. Aut enim vnum odio habèbit, & alterum diliget: aut vnu sustinèbit, & alterum còtèmet. Non potestis Cap. 6

testis Deo seruire, & mammonæ. Ideo dico vobis, nec solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca: & torpus plus, quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neq; congregant in hórrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans: potest adiciere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloriâ sua cõopertus est sicut vnũ ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester cœlestis, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primũ regnum Dei & iustitiã eius: & hæc omnia adiciẽtur vobis.

Pl. 33.

Credo. **Offertorium.** Immittit angelus Dõmini in circuitu timentiũ eum, & eripiet eos: gustate, & videte, quoniam suavis est Dõminus.

Secreta.

Concède nobis, quæsumus, Dõmine, vt hæc hõstia salutãris, & nostrõrum fiat purgatio delictõrũ, & tuæ propitiatio potestatis. Per Dñm.

Exaudi nos. **Communio.**

primũ quærite regnũ Dei: & omnia adiciẽtur vobis, dicit Dõminus.

Postcommunio.

Purificent semper & muniãnt tua sacramenta nos Deus: & ad perpetuæ ducant salutatiõnis effectum. Per Dõminum nostrum.

Mundet & muniãt.

DOMINICA DECIMA
quinta post Pentecost.

Introitus.



Inclina, Dõmine, aurem tuam ad me, & exaudi me: saluum fac seruũ tuũ Deus meus sperantem in te: misere rere mihi dõmine, quoniam ad te clamaui tota die. **Psalm.** Latifica animam serui tui: quia ad te, Dõmine, animam meam leuaui. **Gloria.**

Oratio.

Ecclẽsiam tuam, Dõmine, miseratio continuata mundet & muniãt: & quia sine te non potest salua cõsistere, tuo semper munere gubernetur. **Dñm.** **A cunctis. vt in pri-**

ma Dominica post Pentecost.

Lectio epistolæ beati Pauli

apõstoli ad Galatas.

Fratres: Si spiritu viuimus: spiritu & ambulẽmus. Nõ efficiãmur inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidẽtes. Fratres, & si præoccupatus homo fuerit in liquo delicto: vos qui spirituale estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: cõsiderans te ipsũ, & tu tenẽris. Alter alterius onera portate: & sic adiu-

plēbitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisque: & sic, in semetipso tantam glōriam habēbit, & non in altero. Vnusquisq; enim onus suū portābit. Commūnicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo: hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptiōnem. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, nō deficiētes. Ergo, dū tēpus habēmus, operemur bonum ad oēs: maximè autē ad domesticos fidei.

Graduale. Bonum est confiteri domino: & psallere nōmini tuo, altissime. **V.** Ad annunciandū manē misericordiam tuā, & veritatem tuam per noctem. **A**lleluia, alleluia. **V.** Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnem terrā, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Lucam.**

In illo tempore: Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naïm: & ibant cum illo discipuli eius & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce, defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ & hæc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi. Non flere. Et accessit, & tetigit lo-

culum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait. Adolēscens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & coepit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accēpit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

Pf. 9.

Credo. Offertorium. Expectans expectaui Dñm, & respexit me: & exaudiuit deprecationem meam, & immisit in os meum canticum nouum. hymnum Deo nostro. **Secreta.**

Tua nos Dñe, sacramenta custodiant: & contra diabólicos semper tueantur incursus. Per Dñm.

Exaudi. Communio.

Panis, quem ego dēdero, caro mea est pro seculi vita. **Postcommunio.**

Ioā. 6.

Mentes nostras & corpora possideat, quæsumus Dōmine, domini cælestis operatio, vt non noster sensus in nobis, sed iūgiter eius præueniat effectus. Per Dñm. **Mundet.**

DOMINICA DECIMA

post Pentecost. Introitus.



Miserere mei Dōmine, quoniam ad te clamaui tota die: quia tu Dñe suauis ac mitis es, & copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. **Pfal.**

Pf. 85.

Inclina Domine aurem tuam mihi, & exaudi me quoniam in ops & pauper sum ego. **Ibid.**

V. Gloria patri. **Oratio.**

Tua nos quæsumus Dōmine gratia semper præueniat & sequatur

tur

tur: ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per Dōminum.

A cunctis. *vt in prima dñica post Pētr*
Lectio epistolæ beati Pauli
apōstoli ad Ephesios.

Cap. 3. **F**ratres: Obsecro vos, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis quæ est gloria vestra. Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrem Dōmini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundū diuitias gloriæ suæ, virtutem, corroborari per spiritum eius in interiori homine. habitare Christum per fidē in cordibus vestris: in charitate radicati & fundati, vt possitis cōprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum: scire etiam super eminentem scientiæ charitatē Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Et autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

Pf. 101 **Graduale.** Timebunt gentes nomen tuum Dōmine: & omnes reges terræ gloriam tuam. *℟.* Quoniam ædificauit Dōminus Sion: & videbitur in maiestāte sua.

Pf. 97. **A**lleluia, alleluia. *℟.* Cantate Dōmino canticum nouum: quia mirabilia fecit Dōminus, alleluia.

Sequētia sancti euangēlij
secūndum Lucam.

In illo tempore: Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Phariseorum sabbato manducare panem: & ipsi obseruabant eum. Et ecce, homo quidā hydropticus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos & phariseos, dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illū vocauit, dicat tibi. Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, & recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Credo. **Offertorium.** Dōmine in auxilium meum respice: confundantur, & reuerentur qui querunt animam meam: vt auferant eam: Dōmine in auxilium meum respice.

Secreta.

Munda nos, quæsumus, Dōmine, sacrificij præsentis effectum.

& perfice miseratus in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per Dñm.

Exaudi nos. **Communio.**

Domine, memorabor iustitiæ tuæ solius: Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque in senectam, & senium, Deus ne derelinquas me.

Postcommunio.

Purifica, quæsumus Domine, mentes nostras benignus, & renoua cęlestibus sacramentis: vt consequenter & corporum præsens pariter & futurum capiãmus auxilium. Per Dominum nostrum. **M**undet & muniat.

DOMINICA DECIMA
septima post Pentecost.

Introitus.



Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum: fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam.

Psalms. Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Domini. **Ps.** Gloria patri & filio.

Oratio.

DA, quæsumus Domine, populo tuo diabólica vitare contagia: & te solum Deum pura mente sectari. Per Dominum nostrum.

Acunctis. **vt in prima Dominica post Pentecost.**

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios.

Fratres: Obsecro vos ego vincetus in Domino: vt dignè ambulētis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum pa-

tientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes & per omnia, & in omnibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Cordiale. **B**eata gens, cuius est Dominus Deus eorum: populus, quem eligit Dominus in hereditatem sibi. **Ps.** Verbo Domini coelo firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat, alleluia. **Ps. 102.**

Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisei: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pedit, & prophete. **Cap. 23** Cōgregatis autē Phariseis, interrogauit eos Iesus, dicens. Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: David. Ait illis. Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum dicens? Dixit Dominus Dño meo, sede à dextris meis, do-

nec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum? Si ergo David? Et cum
Domino: quomodo filius eius est? Et ne-
mo poterat respondere ei verbum: neque,
ausus fuit quisquam ex illa die eum
amplius interrogare.

Dan. 9

Credo. **O**rtorium. **O**raui Domi-
num Deum meum ego Daniel, di-
ces: exaudi Domine preces, serui tui:
illumina faciem tuam super sanctua-
rium tuum: & propitius intende po-
pulum istum, super quem inuocatum
est nomen tuum, Deus. **Secreta.**

Maiestatem tuam Domine supplici-
ter deprecamur: ut hac lanctia
qua gerimus, & a praeteritis delictis
nos exuat, & a futuris. Per Dominum.

Ps. 75.

Exaudi. **C**ommunio. **V**ouete,
& reddite Domino Deo vestro omnes,
qui in circuitu eius affertis munera:
terribili, & ei qui auferit spiritum prin-
cipum: & terribili apud omnes reges
terrae. **Postcommunio.**

Sanctificationibus tuis omnipotes
Deus, & vitia nostra curentur, &
remedia nobis aeterna preueniant. Per.

Midet & muniat. v. in prima dnica.

FERIA QVARTA.

Quatuor temporum mensis,

Septembris.

Statio ad sanctam Mariam maiorem.

Introitus.

Ps. 80.



Xultate Deo adiutori
nostro, iubilate Deo
Iacob: sumite psalmum
iucundum cum citha-
ra: canite initium me-
sis tuba, quia praecipuum in Israel est,

& iudicium Deo Iacob. **Psalm.** 118

Testimonium in Ioseph posuit illud,
cum exiret de terra Aegypti: quam
quam non nouerat, audiuit. **G**loria

patri & filio. dicto. Kyrie eleison

dicitur. **O**remus. Flectamus genua.

R. Leuate.

Misericordiae tuae remedijs, quae
sumus Domine, fragilitas nostra
subsistat: ut quae sua conditione atteri-
tur, tua clementia reparetur. Per Dominum.

Lectio Amos prophetae.

Haec dicit Dominus Deus. Ecce

dies veniunt: & comprehendet
arator messem, & calcator vuae mit-
tentem semen: & stillabunt montes
dulcedine, & omnes colles culti erunt.

Et conuertam captiuitatem populi
mei Israel: & aedificabunt ciuitates de-
sertas, & inhabitabunt: & plantabunt
vineas & bibent vinum earum: & facient
hortos, & comedet fructus eorum. Et

plantabo eos super humum suam: &
non euellam eos ultra de terra sua, quam
dedi eis: dicit Dominus omnipotens.

Graduale. **Q**uis sicut Dominus
Deus noster qui in altis habitat: & hu-
milia respicit in caelo & in terra? **V.**
Suscitans a terra inopem: & de sterco-
re erigens pauperem. **Hic dicitur.**

Domini vobiscum. **Ant.** Flectamus
genua.

Oratio.

Presta, quae sumus Domine, familiae
tuae supplicanti: v. Nam a cibis
corporalibus se abstinet: a vitijs quoque
mente ieiunet. Per Dominum.

Acunctis nos. **vt in prima Domi-
nica post Pentecost. tertia ad horum.**

Lectio libri Esdræ.

In diebus illis: Congregatus es omnis populus quasi vir vnus ad plateam quæ est ante portam aquarum: & dixerunt Esdræ scribæ vt afferret librum legis Mōysi, quam præceperat Dominus Israël. Attulit ergo Esdras sacerdos legem corā multitudine virorum ac mulierum, cunctisq; qui poterat intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo apertè in platea quæ erat ante portam aquarum, de mane vsque ad mediā diem, in conspectu virorum ac mulierum, & sapientium. Et aures omnis populi, erant erectæ ad librum. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum: & steterunt Leuitæ iuxta eum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Et benedixit Esdras Dño Deo voce magna. Et respondit omnis populus. Amen, amē eleuās manus suas. Et incuruati sunt: & adorauerunt Deum proni in terrā. Porro Leuitæ silentium faciebant in populo ad audiendā legē: populus autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro Legē Dei distincte, & appositè ad intelligendum. Dixit autem Nehemias, & Esdras sacerdos & Scriba & Leuitæ interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est Domino Deo nostro: nolite lugere, & nolite flere. Et dixit eis. Ite comedite pingua, & bibite mulsam, & mittite partes eis qui nō preparauerunt sibi, quia sanctus dies Dñi est, & nolite contristari. Gaudium etenim Dñi est, fortitudo nostra.

Graduale. B eata gens, cuius est dominus, Deus eorum: populus, quem elegit Dñs in hereditatem sibi. *Ps. 124.* Verbo Domini coeli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Sequentia sancti euang:lij
secundum Marcum.

In illo tempore: Respondens vnus de turba, dixit ad Iesum, Magister, *Cap. 6* attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui vbiq; eum apprehenderit, allidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arcescit: & dixi discipulis tuis vt eicerent illum, & nō potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum, statim spiritus conturbauit eum: & elisus in terram, volutabatur spumas. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia: & frequenter eum in igne & in aquam misit, vt eum perderet. Sed siquid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi. Si potes credere, omnia possible sunt credere. Et continuo exclamans pater pueri, cum lacrymis aiebat. Credo Dñe, adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Iesus concurrentem turbam, cominatus est spiritui immundo: dicens illi. Surde & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans: & multum discerpens eum, exiit ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tonens ma-

num eius: eleuauit eum: & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto in terrogabateum. Quare nos non potuimus eicere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

Ps. 118. **Offertorium.** Meditabor in mandatis tuis quae dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua quae dilexi. **Secreta.**

Haec hostia, quaesumus, Domine, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per.

Exaudi nos. Communio. Comedite pingua & bibite mulsum: & mitte te partes eis qui non preparauerunt sibi: sanctus enim dies Domini est, nolite contristari, gaudium etenim Domini est fortitudo nostra. **Postcommunio.**

Suauitates, Domine, dona caelestia simpliciter deprecamur: ut quae sedula seruitute donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per. **Mundet & muniat.**

F E R I A S E X T A .

Quatuor temporum Septembris.
Statio ad factos duodecim apostolos
Introitus.



Ps. 104

Intetur cor querentium Dominum: quaerite Dominum, & confirmamini: & quaerite faciem eius semper.

Ibidem. **Psalm.** Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. **Gloria.**

Oratio.

Prosta quae sumus omnipotens Deus ut obseruationes sacras antua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dominum.

Acunctis. **ut in prima Dominica post Pentecost.**

Lectio Osee prophetae.

Haec dicit Dominus Deus. Couert caere Israel ad Dominum Deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite uobiscum uerba: & couertimini ad Dominum, & dicite ei. Omne aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus uirulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos, super equos non ascendemus: nec dicemus ultra diis nostris operi manuum nostrarum: quia eius qui in te est, miseraberis pupilli: sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneae: quia aduersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israel, germinabit quasi liliu: & erupet radix eius ut Libani. Ibut rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius ut Libani, Couertentur sedentes in umbra eius: uiuent tritico, & germinabunt quasi uinea: memoriale eius sicut uinum, Libani. Ephraim, quid mihi ultra idola? Ego exaudiam, & dirigam eum, ego ut abietem uirentem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens: & intelliget ista? intelliges, & sciet haec: quia rectae viae Domini, & iusti ambulabunt in eis: prauaricatores uero corruent in eis.

Graduale. Conuertere Domine aliquantulum, & deprecare super seruos tuos. **G.** Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem.

Sequentia sancti euangelij
secundum Lucam.

In illo tempore: Rogabat Iesum quidam Phariseus, ut maderet eum illo. Et ingressus domum Pharisei, discubuit, Et ecce mulier, quae erat in ciuitate peccatrix: ut cognouit, quod Iesus accubuit in domo Pharisei, attulit alabastrum unguenti: & fletis retro secus pedes eius: lachrymis coepit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius: & unguento ungebat. Videns autem Phariseus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens. Hic si esset propheta, sciret utique quae & qualis esset mulier quae tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At illi ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuiusdam foeneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon, dixit. Aestimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: haec autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non dedisti: haec autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, mi-

nus diligit: dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

Offertorium. Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius: & renouabitur sicut aquilae iuuentus tua. **Secreta.**

Accepta tibi sint, Domine, quae sumus, nostrae dona ieiunij: quae & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad sempiterna promissa perducant. Per Dominum. **Exaudi nos.**

Communio. Aufer a me opprobrium & contemptum: quia mandata tua exquisiui Domine: nam testimonia tua, meditatio mea est.

Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus. Per dominum. **Mundet & muniat.**

SABBATHO.

Quatuor temporum Septembris.

Statio ad S. Petrum.

Introitus.



Enite adoremus, **Ps. 94.**

Deum, & procidamus ante dominum ploremus ante eum, qui fecit nos: quia ipse

est Dominus Deus noster. **Psalm.** **Ibidem.**

Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. **V. Gloria.**

dicto, Kyrie eleison. **dicuntur.**